EUCLIDIS

ELEMENTA

GRAECE ET LATINE.

COMMENTARIIS INSTRUCTA

EDIDERUNT

IOANNES GUILELMUS CAMERER

ET

CAROLUS FRIDERICUS HAUBER.

BEROLINI

SUMTIBUS G. REIMERI

MDCCCXXIV.

EUCLIDIS

ELEMENTORUM

LIBRI SEX PRIORES

GRAECE ET LATINE

COMMENTARIO E SCRIPTIS VETERUM AC RECENTIORUM MATHEMATICORUM ET PFLEIDERERI MAXIME ILLUSTRATI.

EDIDIT

IOANNES GUILELMUS CAMERER

GYMNASII STUTTGARDIANI RECTOR.

TOM. I. COMPLECTENS LIBR. I–III.

CUM X. TABULIS.

BEROLINI

SUMTIBUS G. REIMERI

MDCCCXXIV.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Quum unanimi fere omnium, qui res mathemathicas callent, iudicio Euclidis scripta solidissimum cognitionis geometricae fundamentum posuisse credantur, atque in his elementa potissimum rigorosis, quas exhibent, demonstrationibus maxime insignia sint et tironibus accuratioris in his rebus doctrinae cupidis nunquam satis commendari possint, factum tamen est, nescio quo fato, ut Euclidis operum atque in his etiam Elementorum textus graecus paucissimis adhuc editionibus publici iuris factus magno discipulorum numero vix parabilis esset. Itaque, quum amici nonnulli me hortarentur, ut librorum certe sex priorum, qui ad geometriam planam pertinent et maxime necessarii esse videbantur, novam editionem pararem, et quae ad eos illustrandos pertinent, ex praecipuis, qui in Euclidem commentati sunt, scriptoribus colligerem, timide quidem, at ob rei utilitatem haud invitus id negotium suscepi, et quomodo in eo versatus sim, paucis exponam.

Ante omnia, ut textus graecus, quantum fieri posset, emendatissime prodiret, curandum putavi. Hoc consilio tres, quae, si recte novi, solae exstant, integrorum Euclidis elementorum editiones graecae, Basileensem nempe apud Ioannem Hervagium 1533. opera Simonis Grynaei publici iuris factam, deinde Oxoniensem opera Davidis Gregorii 1703. cum versione latina in vulgus emissam, denique Parisiensem, quam cum versione latina ac gallica curavit F. Peyrardus 1814—1818., diligenter contuli, lectiones variantes, quarum magnam copiam Peyrardus potissimum editioni suae subiecit, expendi, atque eam, quae maxime apta videretur, selegi, nonnunquam etiam, at haud ita saepe, ubi nulla occurreret, quae rei conveniret, coniectando veriorem lectionem restituere conatus sum. Nulli tamen coniecturae in textu locum dedi, quam non ad marginem adnotarem, quo liberum maneret lectori de ea re iudicium. Caeterum, quamvis Peyrardus potissimum e codice nota 190. vel *a* ab ipso designato, quem e Vaticana bibliotheca Parisios delatum ipsi, etiam postquam redire ille ad dominum suum iussus erat, terere permissum fuit, et cui summum ille pretium tribuit, magnam lectionum variantium copiam collegerit, et subinde alios quoque codices manuscriptos excusserit, qui e bibliotheca gallica tum Imperiali tres et viginti numero ipsi commissi fuerant, quos autem plerumque fere omnes inter se consentire deprehendit, et longe minoris pretii esse indicat, quam praecipuum illum codicem *a*, haud tamen operae pretium esse putavi, omnem istam farraginem in hanc editionem transferre. Quanquam enim habet ille codex *a* lectiones non contemnendas, tamen longe maxima pars istarum variantium nihil fere, quod ullius momenti sit ad doctrinam Euclideam, continet, sed meras vocum traiectiones v. c. *ἴση ἐστὶν* pro *ἐστιν ἴση*, *ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν ἐστιν* pro *ἔστιν ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν; εὐθεῖα γραμμὴ ἦκται* pro *γραμμὴ ἦκται εὐθεῖα; ἤτοι* pro *ἤ, τοίνυν* pro *ἄρα*, et alia huius generis leviora, quibus librum onerare et lectoris patientiam fatigare nolui. Quae enim huius generis lectionum discrimina in alia materia v. c. oratoria aut poëtica notari forte poterant, ea in mathematica curiosius expiscari otiosum fere videbatur. Quae autem levissimi etiam momenti ad rem melius intelligendam pertinere visa fuere, ea religiose semper ad marginem notavi. In seligendis autem lectionibus, quae textui insererentur, circa illa, quae diximus, levioris generis, Peyrardi plerumque lectionem retinuimus, nonnunquam tamen antiquiorem Oxoniensis et Basileensis lectionem revocavimus; in iis, quae paullo graviora videbantur, nostrum quidem iudicium secuti sumus, ita tamen, ut eiusmodi in locis variam lectionem ad marginem semper indicaremus. Et habet sane in mathematicis ars critica proprias, nec in aliud scribendi genus transferendas regulas, aut potius liberius hic quam in reliquis fere materiis versari potest ac debet, quod nempe apud mathematicos res ipsa nonnunquam imperiose hanc illamve lectionem postulat aut repudiat, nec codicum misere saepe depravatorum auctoritatem magnopere desiderat.

Quod ad versionem latinam attinet, Peyrardus sibi eam legem scripserat, ut cum textu Graeco exactissime, et quantum fieri posset, etiam circa singularum vocum ordinem consentiret. Hanc autem regulam ita presse sequendam putavit, ut vel ubi diversa utriusque linguae natura id non permittere videretur, ipsum quoque linguae genium isti legi postponendum putaret. Ita v. c. pro articulo Graecorum, quem Latini non habent, plerumque v. *ipse, ipsa* etc. usus est. Et negari quidem nequit, usum istius pronominis permittere nonnunquam breviorem paululum enunciationem, quam si quadratum, rectangulum, angulum, rectam etc. ad quae illud refertur, expresse nominare velimus; attamen etiam illud certum est, non solum minus latine ista dici, verum etiam saepius minus distincte, quum ad plures sensu diversas voces idem pronomen referri aut pro iis poni queat. Quamvis igitur brevitati etiam nos id dederimus, ut nonnunquam, ubi nihil interesse videbatur, eadem ratione pronomine *ipse* etc. uteremur, plerumque tamen, quo distinctius intelligeretur, de quo sermo sit, rem ipsam suo nomine appellare, vel etiam in commentario articulum graecum retinere maluimus. Ex eadem ratione textum quidem graecum fideliter semper exprimere, at non ita anxie ordinem singularum vocum retinere voluimus, ut a latino sermone prorsus alienum esset, quod efferretur. Ita v. c. in prop. I. 41., cuius initium Peyrardus ita habet: si parallelogrammum quam triangulum basim habeat eandem etc. nos mutato ordine dicere maluimus: si parallelogrammum eandem basin habeat, quam triangulum. Atque ita saepius a Peyrardo discessimus, et rem aliis verbis, saepe iisdem, quae sunt in versione Gregorii, expressimus. Notavimus etiam, quanam propositione praecedente nitatur quodvis enunciatum, secuti in eo Gregorii, Rob. Simsoni et plerorumque geometrarum usum, quo tironum rebus maxime consulitur.

In commentario propositum nobis fuit, ut nihil, quod illustratione egere videretur, prorsus intactum relinqueremus, et potissimas observationes doctissimorum hominum colligeremus, ita tamen, ut ea tantum, quae proxime ad rem pertinerent, aut ex quavis propositione sequerentur, et maximum usum promitterent, exhiberemus, seiunctis, ne in nimiam molem liber excresceret, iis omnibus, quae minus necessaria viderentur v. c. diversis eiusdem propositionis demonstrationibus, nisi concinnitate aut alia virtute admodum se commendarent, aliisque quae longius a scopo abducerent. Qua in re fatemur difficile esse certum aliquem limitem ponere, nec dubitamus fore, quibus nimii, alios contra, quibus non satis copiosi fuisse videamur. Fontes autem, e quibus observationes adiectas hausimus, fuere praeter Procli in libr. I. Elementorum Commentarium Graece satis vitiose editum simul cum Euclide Basil. 1533., correctius autem Latine Patavii 1560. a Francisco Barocio; Isaaci Monachi Scholia in Euclid. Elem. Geom. sex priores libros. Argentor. 1579.; Pappi Collect. Mathem. Bonon. 1660.; ex antiquioribus potissimum Savilii Praelectiones tresdecim in Principium Elementorum Euclidis Oxon. 1621.; Isaaci Barrov. Lectiones mathematicae habitae Contrabrigiae 1664. 1665. 1666. Lond. 1684. 1685.; Wallisii Opp. Mathem. maxime Vol. II. Oxon. 1693.; Saccherii Euclides ab omni naevo vindicatus Mediolani 1723. Usi sumus praeterea editonibus Euclidis probatissimis, et ex egregiis, quas nonnullae earum continent, observationibus eas selegimus, quae ad rem nostram facere viderentur. Inter illas potissimum nominandae sunt Euclidis Megarensis Geometric. Elem. Libri; Campani Galli transalpini in eosdem commentariorum libri; Theonis Alexandrini Bartholomaeo Zamberto Veneto interprete in tredecim priores commentariorum libri; Hypsiclis Alexandrini in duos posteriores, eodem Zamberto Veneto interprete commentariorum libri Paris. in officina Henr. Stephani 1516. fol.; eadem deinde typis repetita Basil. apud Hervag. 1537. fol.; Orontii Finei Delphinatis in sex priores libros geometricor. Elementor. Euclidis Megarensis Demonstrationes Paris. 1536. fol.; Euclide Megarense Philosopho, solo Introduttore delle scientie Mathematice, diligentemente reassettato et alla integrita ridotto per Nicola Tartalea Brisciano Vinegia 1543. fol.; Euclidis Megarensis Elementa Geometrica restituta auctore Francisco Flussate Candalla Paris. 1566. fol.; The Elements of Geometrie of the most ancient Philosopher Euclide of Megara translated into the Englishe tong by H. Billingsley Citizen of London at London 1570 fol.; Euclidis Elementor. Libr. XV. una cum Scholiis antiquis a Federico Commandino Urbinate nuper in Latinum conversi, commentariisque quibusdam illustrati Pisauri 1572. fol.; Euclide restituto da Vitale Giordano da Bitonto in Roma 1680. fol.; Euclidis Elementor. Libr. XV. perspicuis demonstrationibus, accuratisque scholiis illustrati auctore Christoph. Clavio Bamberg. Colon. 1591. fol.; Iacobi Peletarii in Euclid. Elem. Geometr. Demonstration. Libri sex Lugd. 1610. 4.; Euclidis Elementor. Libr. XV. breviter demonstrati opera Is. Barrov. Cantabrig.

1655. 8.; Euclides restitutus, sive prisca Geometriae Elementa brevius et facilius contexta ab Io. Alphonso Borellio Pisis 1658. 4.; Les quinze Livres des Elem. Geometr. d'Euclide traduits et comment. par D. Henrion. Paris. 1677. 8.; Euclidis Elementor. sex libri priores demonstrati ab Henr. Coëtsio. Lugd. Batavor. 1692. 12.; The English Euclide being the first six Elements of Geometry translated out of the Greek with Annotations and usefull Supplements by Edmund Scarburgh. Oxford. 1705. fol.; Andreae Tacquet. Elementa Euclidea Geometriae etc. plurimis Corollariis, Notis etc. illustrata a Guilielmo Whiston. Romae 1745. 8.; Euclidis Elementor. Libri priores sex item undecimus et duodecimus ex Versione Latina Federici Commandini, sublatis iis, quibus olim Libri hi a Theone aliisve vitiati sunt, et quibusdam Euclidis Demonstrationibus restitutis a Robert. Simson. Glasguae 1756. 4.; Elementi piani e solidi d'Euclide da Iacopo Maria Cavlieri in Firenze 1769. 8.; Elementor. Euclidis Libri XV. ad Graeci contextus fidem recensiti etc. (a Georg. Frid. Boermann.) Lips. 1769. 8.; An Examination of the first six Books of Euclids Elements by William Austin Oxford. 1781. 8.; Elements of Geometry containing the first six Books of Euclid by Ioh. Playfair Edinburgh 1795. 8.; The Elements of Euclid. etc. by Robert Simson London 1804. 8. Praetereo alias nonnullas editiones ab Ambrosio Rhodio, Georg. Fournier. aliisque factas, pariter ac vernaculas, quae in omnium manibus versantur, a Lorenzio, Hauffioque curatas. Addi debet Matthias Auszug aus Rob. Simsons Latein. und Engl. Uebersetzung der ersten 6 Bücher und des 11. und 12. der Elemente des Euklides, Magdeb. 1799. 8. et, qui saepe Euclidem respiciunt, Thom. Simpson. in Elements of Geometry Lond. 1800. 8.; van Swinden Anfangsgründe der Meſskunde übers. von Gaab, Iena 1797. 8.; Gilbert die Geometrie nach le Gendre, Simpson, van Swinden, Gregorius a St. Vincentio und den Alten I. Th. 1798. 8.

Alios praeterea infra nominabimus, maxime, qui circa singularem aliquam ad Elementa pertinentem doctrinam laborarunt; vid. v. gr. Excursum de Theoremate Pythagoraeo, de Parallelarum Theoria etc.

Maximam autem commendationem editionem hanc habituram esse confido ab iis, quae opera et benevolentia viri de Mathesi dudum meritissimi atque mei olim praeceptoris maxime colendi Christoph. Frider. de Pfleiderer., Professoris Tubingensis, ei accessere ornamenta. Is nempe non solum consilio suo me adiuvare, supellectilem litterariam, quam potissimum in hoc studiorum genere possidet amplissimam et exquisitissimam, liberalissime mihi impertire eiusque usum concedere, verum etiam doctissimas dissertationes, quas in varios Euclidis libros conscripsit, nominatim Scholia in Libr. II. Elementor. Euclid. P. I. II. III. Tubing. 1797. 1798. 1799.; Expositio et Dilucidatio Libri V. Element. Euclid. P. I. Tubing. 1782., cui accedit Dissertatio inserta Promtuario Mathematico Hindenburgi Fascicul. 7. et 8. p. 257. sqq. et 440. sqq.; Scholia in Libr. VI. Element. Euclidis P. I. II. III. IV. Tub. 1800. 1801. 1802. 1805.; Dissertatio I. II. de Dimensione

Circuli Tubing. 1787. 1790., excerpendas et hic denuo cum hominibus doctis communicandas permisit; quin etiam continuationem Scholiorum in libr. VI. Elementorum, quam penitus elaboratam nondum typis exprimere potuit, mecum communicare, et eius quoque liberum usum concedere dignatus est, praeterea observationes etiam et varia passim in reliquos Euclidis libros notamina inspicienda nostrisque usibus adhibenda dedit, et omnem hunc laborem tanto studio adiuvit, ut, quidquid ex ea ad solidioris geometriae studiosos redundaturum esse speramus utilitatis, illi nobiscum huic potissimum viro acceptum referre debeant *). Gratus etiam fateor, multum me debere amicitiae viri in rebus mathematicis versatissimi, Carol. Frider. Hauber, Professoris Schönthaliensis, qui collectam a se historiam tentaminum circa theoriam parallelarum mecum communicare, eiusque usum concedere, et permittere etiam voluit, ut, quae ipse docuerat in Dissertatione publica Tubingae 1793. habita, „*Propositionum de rationibus inter se diversis demonstrationes*“ hic denuo lectori offerrentur. His opibus instructo pauca erant, ubi meas qualescunque observationes addere possem, et id potius curandum videbatur, ne nimia copia lectori taedium crearetur. Ut vero omni, qua par est, diligentia opus typis exprimeretur, humanissime ac benevolentissime curandum suscepit vir doctissimus mihique amicissimus, G. A. Diesterweg, de

*) Ex quo haec scripseram, placide obiit v. Kal. Octobr. 1821. vir morum probitate pariter atque eximia eruditione insignis, cuius memoriam, qui eum norunt, omnes religiose colere nunquam desistent.

Mathesi, quam Bonnae publice profitetur, dudum meritissimus. Illud praeterea rogamus lectores, ut si qua forte utilis adhuc visa observatio nos effugerit, aut aliud quid minus perfectum esse videatur, atque huic operi et Euclidis manibus conveniat, id homini scholastico plurimis laboribus distento, qui non nisi subsecivas horas in hunc librum impendere poterat, aequi iudices ignoscere velint. In animo quidem fuit, reliquos etiam Elementorum libros, aut certe XI. ac XII. subiungere, at per mutatas muneris mei rationes, novis subinde accedentibus negotiis, facere id non licuit. Scripsi Stuttgardiae d. 5. Aug. 1820.

I. G. Camerer Gymnasii Professor.

Quum iam conscriptae essent hae qualescunque in sex primos elementorum libros observationes, in lucem prodiit Chrestomathia Geometrica edita a viro doctissimo, quem modo nominavimus, Haubero. In qua quum praeter alia propositiones 1—26. libri I. e Proclo, Savilio, Pfleideri schedis mscptis iisdem, quibus et nos usi sumus, et ipsius Hauberi observationibus copiosissime et longe uberius, quam nostrae rationes patiebantur, illustratae sint, multa tamen etiam ex hoc libro doctissimo excerpere, et in nostrum usum convertere adhuc licuit.

De Euclide Geometra notitia historica

collecta potissimum e Proclo, Savilio, Fabricio, Scheibelio.

Euclidem Geometram haud raro, quod etiam primae operum eius editiones, quas supra iam notavimus, probant, eundem esse crediderunt, atque Euclidem illum Socraticum, Megaris natum, cuius vitam descripsit Laertius libro secundo, et iisdem fere verbis Suidas v. *Εὐκλείδης*. De Megarensi isto Euclide ita habet Diogenes Laertius L. II. Segm. 106. *Εὐκλείδης ἀπὸ Μεγάρων τῶν πρὸς Ἰσθμῷ, ἢ Γελῷος κατ' ἐνίους. — Πρὸς τοῦτον φησὶν ὁ Ἑρμόδωρος ἀφίκεσθαι Πλάτωνα καὶ τοὺς λοιποὺς φιλοσόφους μετὰ τὴν τοῦ Σωκράτους τελευτὴν κ.τ.λ.* Ad eundem etiam pertinent illa Tauri philosophi apud Gellium Noct. Att. L. VI. c. 10. „Decreto, inquit, suo Athenienses caverant, ut, qui Megaris civis esset, si intulisse Athenas pedem prehensus esset, ut ea res ei homini capitalis esset. Tanto Athenienses, inquit, odio flagrabant finitimorum hominum Megarensium. Tum Euclides, qui indidem Megaris erat, cum advesperasceret, Athenas ad Socratem commeabat" etc. Atque huius ipsius decreti meminisse videtur Thucydides Histor. L. I. c. 139. sqq. ubi inter potissimas causas belli Peloponnesiaci hanc quoque fuisse refert. Itaque praeter reliqua v. c. morum diversitatem ipsa temporum ratio vetat Euclidem Geometram pro eodem sumere cum Socratico illo aut Megarensi Euclide. Proclus enim libr. II. Commentar. in libr. I. Elementor. refert:

Εὐκλείδης ὁ τὰ στοιχεῖα συναγαγὼν νεώτερος μέν ἐστι τῶν περὶ Πλάτωνα, e quibus nominat maxime Eudoxum et Theaetetum, πρεσβύτερος δὲ Ἐρατοσθένους καὶ Ἀρχιμήδους; quin, ut rem exactius definiret, addit: γέγονε δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ ἐπὶ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου, et notam illam historiam affert de Ptolomaeo compendiosiorem ad geometriam viam desiderante, quam haud dari regiam (μὴ εἶναι βασιλικὴν ἀτραπὸν ἐπὶ γεωμετρίαν — ut Savilius habet — nam in editione Procli graeca p. 20. verba truncata habent tantum Πτολεμαῖος ἤρετό ποτε αὐτὸν, εἴ τίς ἐστι περὶ γεωμετρίαν, in editione latina plenius p. 39. verba conservata sunt) Euclides responderit. Unde, quum ab initio belli Peloponnesiaci ad initium regni Ptolemaeorum in Aegypto plus quam centum anni effluxerint, nequit profecto noster Euclides idem esse cum Megarensi illo, qui noctu ad Socratem ventitare solebat. Hinc etiam patet, errorem aliquem inesse illi Valerii Maximi loco libr. VIII. c. 12. 1., ubi narrat, Platonem conductores sacrae arae (quam nempe quum cubicae figurae esset, Philopono referente Delii duplicare iussi erant) de modo et forma eius secum sermonem conferre conatos ad Euclidem Geometram ire iussisse. Quae relatio eo etiam nomine erroris convincitur, quod ipsum quidem Platonem de cubo duplicando laborasse constat, de Euclide autem nihil tale narratur. Atque ita quidem novimus, quis Euclides *non fuerit*, quis autem ille *fuerit*, qua patria ortus, haud liquet. Savilius ait, ex media certe Graecia natum existimo, qui tam presse, tam accurato verborum delectu scripserit, ut ab eius formulis phrasibusque nemo posterorum et in mathematicis excellentium virorum unquam vel latum unguem discessisse videatur. De aliorum opinionibus, qui vel Alexandrinum, vel Tyrium, vel Siculum e civitate Gela oriundum eum esse, at nullis probabilibus argumentis volunt, videatur Fabric. Biblioth. Graeca curante Harless. Vol. II. p. 44. et in Not. a. p. 46. Id autem ex Proclo L. II. p. 19. Edit. Graec. et p. 38. Edit. Latin. scimus, floruisse eum tempore Ptolemaei Lagi, quo regnante Alexandriae primus omnium celebrem illam scholam mathematicam aperuisse dicitur, e qua postea tot tantique nominis geometrae prodierunt. Moribus eum, Pappus in prooemio in libr. VII. Collect. Mathem. p. 251. ait, fuisse mitissimis, benignum erga omnes, praesertim eos, qui mathematicas disciplinas aliqua ex parte augere et amplificare possent, ut par est, non contentiosum (προσκρουστικὸν), sed accuratum, non arrogantem. Inter scripta, quae Euclidi tribuuntur, maximam famam obtinuerunt libri tredecim Elementorum, quibus plerumque subiuncti sunt duo, qui Hypsicli Alexandrino vulgo tribuuntur de quinque corporibus regularibus libri. Antequam de iis disserat, Proclus p. 19. Edit. Graec. aut apud Barocium l. II. c. 4. nominat eos, qui ante Euclidem vel generatim de Geometria bene meriti sunt, vel etiam scriptis elementis inclaruerunt, quos hic quoque referre liceat, nempe Thaletem, Ameristum Stesichori poëtae fratrem, Pythagoram, Anaxagoram Clazomenium, Oenopiden Chium, Hippocratem Chium, qui lunulae quadraturam invenerit, et primus elementa con-scripserit, Theodorum Cyrenaeum, Platonem; et qui eodem fere tempore vixerit, Leodamantem Thasium, Architam Tarentinum, et Theaetetum Atheniensem. Leodamante porro iuniorem fuisse ait Neoclidem, huiusque discipulum Leonem, qui etiam elementa composuerit, et diligentior sit copia et usu eorum, quae docuerit, atque ad problemata determinationem quoque adiecerit. Leone paullo iuniorem fuisse Eudoxum Cnidium, Amiclam Heracleensem, Platonis amicum, qui theorematum generaliorum numerum auxerit, et praeter alia sectionum quoque (conicarum, ut videtur) doctrinam a Platone inchoatam, adhibita in ea quoque analysi, uberiorem reddiderit, Menaechmum, Eudoxi discipulum, pariter cum Platone versatum, eiusque fratrem Dinostratum, qui omnem geometriam ad maiorem perfectionis gradum evexerint. Theudium porro Magnesium elementa conscripsisse, et multas propositiones particulares magis universales reddidisse, Cyzicinum etiam Atheniensem eodem tempore viguisse, et hos quidem familiaritate coniunctos in Academia vixisse, et varia alterum alteri problemata proposuisse. Hermotimum deinde Colophonium, quae ab Eudoxo et Theaeteto prius edita fuerint, auxisse, et multa eorum, quae in elementis sint, (τῶν στοιχείων πολλὰ) invenisse, Philippum denique Metaeum (aut, ut est in Ed. Latin. Mendaeum) Platonis discipulum ab eo ad Mathesin adductum fuisse. Addit deinde, his non multo iuniorem esse Euclidem, qui elementa collegerit, et multa eorum in ordinem redegerit, quae ab Eudoxo, multa perfecerit, quae a Theaeteto reperta fuerint. Hinc vulgo Euclides Proclo aliisque ὁ στοιχειωτὴς audit. Haud pauca etiam eorum, quae ab antiquioribus geometris leviori calamo perstricta vel pinguius demonstrata fuerint, ab eo firmissimis et omni obiectione maioribus demonstrationibus fulcita fuisse. Atque hunc ipsum summum in demonstrando rigorem, lucidumque per omnia ordinem, ac prudentem eorum, quae ad rem facere videbantur, selectum semper in Euclide admirati sunt viri rerum mathematicarum peritissimi. Notum est, Newtonum, virum divinum, doluisse, quod Cartesii aliorumque, qui calculo tantum algebraico uti sueverunt, scriptis se totum dederit, antequam Euclidis doctrina satis innutritus fuisset. Et La Grangius, Peyrardo referente, dictitare solebat, geometriae studiosum, qui non ex Euclidis Elementis geometriam hauriat, perinde facere, ac qui graeca et latina ex recentiorum scriptis addiscere velit.

Disputatum autem est, an omnia, quae hodie Elementorum nomine habemus, sint ad Euclidem auctorem referenda. Nec vero illud quaeritur, an omnia, quae in Elementis reperiuntur, ab Euclide *primum* inventa sint. Hoc enim aliter se habere, et multa a geometris Euclidis aevo superioribus, a Thalete, Pythagora, Eudoxo, Theaeteto, aliisque, quos ex Proclo nominavimus, profecta esse, non est dubium. Ea, quae ab antiquioribus illis inventa erant, in perfectum ordinem redegisse, lacunas explevisse, solidas ubique demonstrationes adiecisse putandus est Euclides, atque ita satis magna ipsi restat gloria. Verum enim vero fuere, qui nec hanc laudem ei integram relinquere vellent; alii contra, Euclidis famae timentes, si qua in Elementis manca videantur, quidquid minus forte perfectum deprehendunt, ab alio, nescio quo, adiecta aut mutilata esse pronuntiant. Atque eos quidem iure ridet Savilius, qui propositiones Elementorum tribuunt Euclidi, demonstrationes Theoni, qui duobus fere seculis post Proclum vixit. Quasi vero, ait, ullus unquam artifex suas edi voluerit conclusiones, nullis adiectis probationibus, quod nec philosophorum quisquam, nec medicorum, nedum mathematicorum fecit unquam. Neque autem, eodem iudice, verior est Petri Rami sententia, qui (Scholia Mathematicorum Libr. I. p. 37.) tam propositiones quam demonstrationes Euclidi abiudicat, universa, quae Euclidi vulgo tribuuntur, elementa geometrica Theoni attribuens, contra commune omnis antiquitatis testimonium. Agnoscit tamen Ramus aliqua sive Hippocraticae, sive Euclideae geometriae vestigia in Theone. Decepti fuisse, qui ita iudicant, videntur titulo, quem nonnullae Elementorum editiones v. c. Basileensis prae se ferunt: *ἐκ τῶν Θέωνος συνουσιῶν*, ex Theonis Colloquiis, sive Congressibus. Observat autem Savilius, huius tituli in neutro eorum codicum, qui penes ipsum erant, ullum reperiri vestigium, nec a Gregorii aut Peyrardo quidquam de eo memoratur. Antiquissima autem Zamberti versio in fronte semper habet: ex Theone graeco commentatore, interprete Bartholomaeo Zamberto. Et ipse etiam Savilius refert, in uno suorum codicum ad oram marginis adscripta esse ad decimum tertium librum haec verba: *Εὐκλείδης ὁ τὰ στοιχεῖα συναθροίσας, ἦν ἐπὶ χρόνοις Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. Θέων δὲ ὁ συντάξας αὐτὰ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως*, ut itaque collectio elementorum Euclidi, ordinatio et dispositio Theoni tribui videatur. Addit autem: „magna certe Theonis laus, si inordinata et incomposita in ordinem redegit! Sed, ne huic incerto scholiastae fidem adiungamus, obstat, ut dixi, Procli et antiquiorum omnium auctoritas, obstat mirabilis et concinna propositionum series, ex quibus unam loco suo si eximas, tota corruat compages et structura necesse est.“ Rectius itaque Ioann. Buteo (de quadratura circuli libri duo, quibus adiectus est annotationum liber in errores Campani, Zamberti etc. Lugd. 1559. p. 209.) eas, quae in exemplaribus graecis sunt, demonstrationes Euclidis esse censet, non Theonis, ita tamen, ut nec ipse neget, aliquid subinde in demonstrationibus de suo additum fuisse a Theone. Nec multum ab eo discedunt Commandinus et Savilius. Commandinus quidem in prolegomenis in Elementa Euclidis verba illa: *ἐκ τῶν Θέωνος συνουσιῶν* ita intelligi posse putat, ut dicamus, Theonem conscripsisse quidem commentarios in Elementa, sed illos temporum iniuria periisse, quemadmodum et quae in eadem Pappus Alexandrinus scripserat, conservato tamen titulo, qui postea ipsi Euclidi negligenter adiectus sit. Postea autem in eam sententiam concedit, Euclidem quidem demonstrationibus suas propositiones stabilivisse, quod vel ex Procli testimonio ad I. 10. pateat, at Theonem excellentis ingenii virum Euclidis demonstrationes fusius pleniusque explicatas in lucem protulisse, quod apud Proclum observari possit. Esse igitur demonstrationes quidem Euclidis, at eo modo conscriptas, quo olim Theon Euclidem secutus eas suis discipulis explicaverit. Savilius autem non se moveri ait illo *συνουσιῶν* titulo in vulgatis, neque scholio illo manuscripto incerti auctoris in suo codice, magis vero auctoritate ipsius Theonis in Commentar. in Almagest. p. 50, (vide infra ad VI. 33.) Ex eo nempe loco apparere, novam Elementorum editionem (*ἔκδοσιν*) adornasse Theonem, in qua nonnulla ab ipso adiecta sint. Quae itaque ibi de sectoribus dicantur, una cum demonstratione a verbis inde: *λέγω ὅτι καὶ* usque ad finem, Theonis esse videri. Idemque iudicium ferendum se existimare de multis in decimo libro lemmatiis et fortasse propositionibus nonnullis. Alexandrum certe Aphrodiseum aliquot ante Theonem seculis eam, quae quinta est decimi in nostris libris, citare pro quarta p. 87. commentariorum in priora Aristotelis, ut necesse sit aliquam ex praecedentibus, quartam sine dubio, qua sine magno incommodo sane carere potuissemus, eius tempore ab Elementorum libro abfuisse, vel saltim cum tertia coaluisse. Et quidem ultimam decimi non dubitare se assumentum esse vel Theonis, vel alterius potius antiquioris alicuius (apud Alexandrum enim exstare iisdem prope verbis), sed non ita perspicaci ingenio, utpote alieno loco positam, nullam cum praecedentibus continuationem habentem, ut sit a doctissimo Petro Montaureo rectissime animadversum. Ex his omnibus se concludere, sibi videri, Theonis fuisse partes in Euclide paucissimis quidem in locis interpolando, explicando, augendo, ultra has nullas. Atque in eandem sententiam plurimi deinde, non quidem illi Euclidis obtrectatores, sed amici potius ac patroni lubentes abierunt, e quibus potissimum nominandus est Rob. Simson. ita tamen, ut ad Theonem non tam gloria inde, quam potius vituperium redundet, quod nempe, ut Rob. Simson. in praefatione suae Elementorum editionis ait, ille, aut quicunque editor fuerit graeci textus, quem nunc habemus, multo plura, ac Savilius aliique viri docti existiment, et quidem in peius mutaverit, addendo scilicet, demendo, aut sua miscendo, praesertim in libro quinto et undecimo, quos iste editor non leviter vitiaverit, e. g. substituendo breviorem at paralogisticam vice legitimae demonstrationis prop. V. 18., et ex hoc libro auferendo inter alia bonam Euclidis aut Eudoxi rationis compositae definitionem, cuius loco posuerit quintam sc. libri VI., qua neque Euclides, neque Archimedes, Apollonius aut ullus ante Theonem geometra usus fuerit, cuiusque apud illos nullum vestigium inveniatur. Plura praeterea alia in L. XI. depravata esse monet. Ab his igitur naevis praecipuos Elementorum libros vindicare se tentasse, tollendo falsa minimeque accurata, quae pro veris et genuinis accuratissimi geometrae scriptis supposuerint imperiti editores, et Euclidi restituendo, a Theone aliisve ab eo surrepta, quae per multa secula hactenus sepulta iacuerint. Quidquid sit, ne forte iniusti simus erga Theonem, ad quem forte non solum ista culpa pertinet, sufficiet dicere, textum graecum variis locis non ita ad nos pervenisse, ut ex manu accuratissimi geometrae eum profectum esse credendum sit, plurima quidem in eo perfectissimae demonstrationis exempla esse, at haud pauca tamen temporis iniuria, aut editorum male sedulorum vitio mutilata aut luxata videri, quibus quamvis caute et circumspecte medelam afferre oporteat. Quod ultimum scopum Elementorum attinet, Proclus L. II. c. 4. sub finem asserit, Euclidem utpote Platonicae scholae amicum figurarum, quas vocant, Platonicarum, vel quinque corporum regularium constitutionem potissimum in animo habuisse.

Caeterum Euclidi alia adhuc scripta tribuuntur, e quibus geometrici argumenti sunt ea, quorum Pappus meminit Collect. Mathem. l. VII. *Data* (*Δεδομένα*) nempe ac *Porismata* (*Πορίσματα*). Et *Data* quidem ad nostram aetatem pervenerunt. *Porismata* autem, quae temporis iniuria periere, post varia aliorum minus prospera conamina Rob. Simson. denique felicissime restituere inchoavit, atque edita illa sunt in Robert. Simson. Oper. reliqu. Glasguae 1776. 4. p. 315—594. Proclus ei tribuit l. II. c. 9. adhuc librum *de Divisionibus* (*Περὶ Διαιρέσεων*), quem eundem esse nonnulli putant, quem Mahometi Bagdedino adscriptum I. Dee ex arabico latinum fecit, et Feder. Commandinus Pisauris 1570. edidit, posteaque Gregorii quoque operibus Euclidis adiunxit. Savilius tamen an is liber Euclidis sit, dubitat. Praeterea illi adhuc a quibusdam *Introductio har-*

monica (Εἰσαγωγὴ Ἁρμονικὴ) et *Sectio Canonis* (Κατατομὴ Κάνονος), et *Phaenomena* (Φαινόμενα) vid. Papp. in Prooem. ad Libr. 6. Collect. Mathem. et Philopon. ad secundum Physicorum, porro *Optica* et *Catraptica* (Ὀπτικὰ καὶ Κατοπτρικὰ) vid. Procl. Lib. II. c. 5. et a nonnullis adhuc fragmentum *De Levi et Ponderoso* tribuuntur, quae omnia adhuc habentur, at haud ita magni pretii sunt. Denique Pappus adhuc memorat L. VII. *Locorum ad superficiem* (Τόπων πρὸς ἐπιφάνειαν) *libros duos*, qui periere pariter ac *Fallaciarum* liber (Τὸ Σύγγραμμα Ψευδαρίων), quem, Proclo referente, scripsisse, et in quo falsarum argumentationum fontes ac genera descripsisse videtur.

Sed redeamus ad Elementa. Horum plures exstant codices mscpti. Simon Grynaeus duobus se in iis edendis usum esse codicibus dicit, quorum alterum Lazarus Bayfius Venetiis, alterum Ioannes Ruellius amicis suis suppeditarit. Savilius pariter de duobus, qui penes ipsum sint, codicibus loquitur p. 11. At neuter suos codices accuratius descripsit. Gregorii nihil prorsus de codicibus mscptis, quorum lectionem tamen passim in margine citat, in praefatione habet. Peyrardum supra iam diximus, usum fuisse codicibus mscptis quam plurimis, e quibus summam laudem tribuit codici 190 vel *a* designato, qui tum e bibliotheca Vaticana Parisios delatus, postea rerum commutatione in Gallia facta, redire quidem Romam iussus est, ea tamen conditione, ut Peyrardo eum, dum suam editionem ad finem perduxisset, retinere liberum relinqueretur. Ad huius libri manuscripti, (quem exeunte seculo nono exaratum putat) fidem plerumque textum Peyrardus conformavit, aut certe in quo discrepet ille liber a sua editione sub finem cuiusque tomi indicavit, ita, ut quidem ipse ait, ut harum lectionum variantium ope possit quis, si velit, habere mscpti 190. exemplar huic plane congruum. Reliquos codices mscptos, quos viginti tres e bibliotheca tum Imperiali conferre ipsi licuit, e quibus autem 10. *Data* tantum continent, quum ad secula multo rerecentiora referri debere, et quam plurimum inter se convenire videret, initio quidem operis saepius; postea autem haud ita multum comparasse videtur, duos, codices nempe 2373. 2762. non inter eos refert, quos comparaverit. Praeter hos libros mscptos commemorantur plures alii in variis bibliothecis obvii apud Fabricium Biblioth. Graec. curante Harless. Vol. IV. p. 48. sqq.

Renatis litteris prima operum Euclidis notitia ab Arabibus ad nos transivit. Illi enim, rerum mathematicarum inprimis studiosi eius Elementa in arabicum sermonem plus semel, ut videtur, transtulerunt, et ex una harum arabicarum interpretationum denuo latine ea vertisse Campanus vulgo dicitur. Fuisse autem plures a se diversas arabicas editiones, quae saepius ab exemplaribus graecis magis minus discederent, inde maxime patet, quod hodieque plures una a se invicem diversae passim citentur. Ita v. gr. in Bibliotheca Bodleiana Euclidis Elementorum exstant libri XIII. priores arabicae per Isaac. Ibn Honein ex recensione Thebit Ibn Korae v. Fabric. Biblioth. Graec. Tom. IV. p. 51. Ibidem p. 51. in Bibl. Bodleiana citantur Euclidis Data arabice per Zin Eddin Abhari, et Elementor. libri XV. ex versione Adelardi de arabico, una cum commento magistri Campani, Novariensis. Et p. 52. in bibliotheca Collegii Universitat. Oxon.: Euclides de arte geometrica ex arabica lingua in latinam translatus per Adelardum Bathoniensem. Eadem pagina occurrit Euclides arabice per Shemseddin Mahommed Almuzi, ibidemque alii in Bibliotheca Leidensi et Escurialensi cf. ibid. p. 76. Notissima apud nos est ea, quae Arabi Nassireddino tribuitur, et Romae impressa fuit 1594. De hac editione videatur Kaestners Gesch. der Mathem. I. B. p. 367. sqq. et de Schnurrer. Biblioth. Arab. p. 458. sqq. Savilius p. 143. a Baptista Raimondo hanc editionem factam esse refert. Ex praefatione illius, quam habet de Schnurrer., patere videtur, non *Versionem* arabicam, sed *commentarium* versioni intextum esse Nassireddini opus. Caeterum plenius nomen huius Arabis aiunt esse Khevageh Nassireddin, Mohammed Ben Hassan, aut Ben Mohammed Al Tusi, i. e. ortum ex urbe Tus provinciae Chorasan, et floruisse seculo nostrae aerae decimo tertio. Cf. adhuc Clement, Biblioth. curieuse Tom. VIII. p. 158. Herbelot. Biblioth. Orient. p. 46. et p. 665. Abulfed. Annal. Tom. V. p. 36. 37. Casiri. Bibl. Hisp. Arab. Escur. T. I. p. 187. et Kaestner. l. c. p. 373. Haec ipsa autem arabica versio cum ea, quam Campanum ex arabico fecisse vulgo dicunt, non consentit, saltim in pluribus locis, ut observat Peyrardus in Praefat. Tom. II. ubi versionem Campani prop. I. 7. et eiusdem propositionis versionem gallicam ex arabico Nassireddini factam exhibet. Pariter in prop. I. 2. Nassireddinus varios, qui obtinere possunt, casus separatim habet, Campanus cum graeco consentit. Eodem modo circa parallelas Nassireddinus, ut infra videbimus, in commentario propositioni adiuncto propriam sibi demonstrationem habet, Campanus eam tantum, quae in graecis exemplaribus habetur. In theorematis etiam Pythagoraei demonstratióne additae sunt in Nassireddini editione aliae a situ quadratorum ex cathetis variato petitae, ut vel e figuris adiectis patet. Pariter etiam differunt inter se in doctrina de rationibus compositis Campanus, qui definitionem, quae vulgo est VI. 5. non habet, et Nassireddinus, qui habet aliquam a vulgari illa haud multum discedentem (vid. Pfleiderer. Schol. in VI. Elem. Euclid. P. IV. p. 15.) Caeterum, quae primum typis expressa fuit Elementorum Euclidis editio latina, opera Eberhardi Radtolti Venet. 1482. fol. cuius descriptionem dedit Kaestner. Lips. 1750. 4. continet eam, quam vulgo a Campano ex arabico factam esse dicunt, versionem latinam. Scheibelius tamen (Zwey mathem. Abhandl. Breslau 1807. p. 19.) refert, in suo exemplari editionis huius rarissimae, manu editioni, ut pateat, cooeva, in margine notatum esse „liber Elementorum translatus ab Adhelardo Rothhatemensi ex ydiomate arabico in latinum sub Commento Campani Novarensis, ut itaque Campanus *commentarium* tantum in *versionem* Adhelardi scripsisse videatur. Consentire cum hac opinione videntur ea, quae supra e Fabricii Bibliothec. Graec. de versionibus arabicis, vel ex arabico factis attulimus, ubi pariter de Abelardo illo sermo est. E graeco textu autem primum latine versa prodiere Euclidis opera, edita a Barth. Zamberto Venet. 1505. fol. (Libri XIV. Elementorum latinam interpretationem a Georg. Valla factam ad 1498. habet Scheibel. Einleit. zur mathem. Bücherkenntn. 1. St. p. 2.) Ab hoc inde tempore saepius, ut et supra diximus, et quidem junctim primum 1516., nonnunquam etiam separatim, prodiit utraque Elementorum versio, Campani (ita eam vocare liceat) et Zamberti, quae saepius haud leviter inter se differunt. Quam plurimas operum Euclidis et Elementorum potissimum editiones memorat Scheibel. l. c. I. St. p. 1. sqq. 5. St. p. 473. sqq. et p. 521. sqq. 9. St. p. 264. Insignem inter antiquiores locum habent editiones Feder. Commandini et Christoph. Clavii, quarum utraque etiam scholiis et commentariis illustrata ac saepius prelo repetita fuit, inter recentiores potissimum Rob. Simsonis editiones latina et anglica memorandae sunt. Reliquas omnes, quae nobis innotuerunt, aut apud alios memorantur, hic percensere longum et ab hoc loco alienum videtur. Praecipuas earum iam supra nominavimus. De reliquis praeter Scheibelium l. c. vide in Bossii Dissertat., qua contenta Elementorum enunciat et simul de variis editionibus post Fabricium nonnulla disserit Lips. 1757. 4. et potissimum ipsum Fabricium Biblioth. Graec. ed. Harles. Vol. IV. p. 53. sqq. In bibliothecis, ut ibidem memoratur, extat hebraica adeo Elementorum versio.

EUCLIDIS ELEMENTORUM.

LIBER SECUNDUS.

DEFINITIONES.

1. Omne parallelogrammum rectangulum contineri dicitur sub duabus rectum angulum continentibus rectis.

2. In omni parallelogrammo unumquodque eorum, quae circa diametrum sunt, parallelogrammorum cum duobus complementis gnomon vocetur.

dum rectangulum, quod sub duabus rectis continetur. Ita v. g. rectangulum, quod sub rectis *A*, B continetur, indicatur per $A \times B$, ut iam ad I. Def. 30. diximus. Aliter etiam parallelogramma litteris, quibus puncta extrema diametri notantur, designare solent. Praeterea monet Scarburgh., Geometras dicere, rectam *posse* aliquam figuram, quum quadratum rectae aequale sit ei figurae (ut ad I. 47. diximus) et pariter duas rectas *posse* aliquam figuram, quum rectangulum sub istis rectis aequale sit figurae.

DEFIN. II.

Gnomon primum dictus est pro indice horologii solaris, deinde etiam ob figurae similitudinem, pro norma vel duabus regulis sub angulo recto iunctis, denique pariter ob figurae similitudinem, uti hic, de ea parallelogrammi parte, quae, demto uno eorum, quae circa diametrum sunt, parallelogram-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ά.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι, τμηθῇ δὲ ἡ ἑτέρα αὐτῶν εἰς ὅσα δηποτοῦν τμήματα· τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῶν δύο εὐθειῶν ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ὑπὸ τῆς ἀτμήτου καὶ ἑκάστου τῶν τμημάτων περιεχομένοις ὀρθογωνίοις.

Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι αἱ Α, ΒΓ, καὶ τετμήσθω ἡ ΒΓ ὡς ἔτυχε κατὰ τὰ Δ, Ε σημεῖα· λέγω, ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν Α, ΒΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ τῶν Α, ΒΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ, καὶ τῷ ὑπὸ τῶν Α, ΔΕ, καὶ ἔτι τῷ ὑπὸ τῶν Α, ΕΓ.

Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Β τῇ ΒΓ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΖ, καὶ κείσθω τῇ Α ἴση ἡ ΒΗ, καὶ διὰ μὲν τοῦ Η τῇ ΒΓ παράλληλος ἤχθω ἡ ΗΘ, διὰ δὲ τῶν Δ, Ε, Γ τῇ ΒΗ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΔΚ, ΕΛ, ΓΘ.

Ἴσον δέ ἐστι τὸ ΒΘ τοῖς ΒΚ, ΔΛ, ΕΘ. Καί ἐστι τὸ μὲν ΒΘ τὸ ὑπὸ τῶν Α, ΒΓ, περιέχεται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν ΗΒ, ΒΓ, ἴση δὲ ἡ ΒΗ τῇ Α· τὸ δὲ

mum superest. Caeterum, quamvis verum sit, plerasque libri secundi propositiones Arithmeticae, Algebrae et Geometriae communes esse (unde etiam apud Barlaamum monachum, Graecum Arithmeticum, decem primae huius libri propositiones arithmetice demonstratae leguntur, quas etiam videre est in Elem. of Geom. of Euclide by Billingsley London 1570. similesque etiam ad Arithmeticam vel Algebram harum propositionum applicationes habent Clavius ad IX. 14. Element., Tacquet. in sua Elem. editione, et Christ. Sturm. in des unvergleichlichen Archimedis Kunstbüchern, Nürnb. 1670. p. 47. sq.) et, quatenus ad Algebram aut Arithmeticam pertinent, algebraice vel arithmetice facillime demonstrari posse, nec ad eam rem, uti Clavius, Tacquetus, aliique putasse videntur (Cf. die Geometrie nach le Gendre u. s. w. von Gilbert

EUCLIDIS

ELEMENTORUM

LIBRI SEX PRIORES.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ὍΡΟΙ.

α΄. Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐθέν.

DEFIN. I.

Omnis, quae a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur. Cic. de Offic. I. 2.

Primam L. I. definitionem dudum fuere, qui reprehenderent, quod quid punctum non sit, dicat potius, quam quid sit. Vid. Rami Schol. Mathem. L. VI. Francof. 1599. p. 141. et Savilii Praelectiones in Principium Elem. Euclidis Oxon. 1620. p. 51. Nec negaverim, esse in hac observatione aliquid veri. Atque ipse etiam Proclus fatetur Euclidem διὰ ἀποφάσεως i. e. *negative* explicare punctum, addens: καὶ γὰρ οἱ ἀποφατικοὶ λόγοι προσήκουσι ταῖς ἀρχαῖς. Vid. Procli Commentar. in Libr. I. Euclidis Basil. 1533. p. 26., in qua excusatione Savilius quoque acquiescit. Cf. etiam Edm. Scarburgh. the English Euclide Oxford 1705., qui p. 1. ita habet: The definition of a Point is plainly negative, and no otherwise informs us, what a Point is, than by telling us, what 'tis not. Yet in many things, that are in nature most simple, these kinds of negative Definitions are sufficiently instructive; though not to the Essence of the Thing defined, yet very well to the Use, that is to be made thereof. So here a Point is defined by a Negation of parts. Which Definition in respect of Magnitude, that was next to be con-

EUCLIDIS
ELEMENTORUM
LIBER PRIMUS.

DEFINITIONES.

1. Punctum est, cuius pars nulla.

sidered as divisible into parts, is instructive or preparatory to the right understanting of the Doctrine of Magnitudes, and lays down, what conception of a Point is hereafter used, or usefull in Geometry, namely *to have no parts.* Which is sufficient for the present to an Geometrician. In multis, ait, rebus simplicissimis eiusmodi definitiones negativas sufficere non quidem ad rem ipsam declarandam, attamen quo facilius usui, in quem adhibeantur, inservire possint. Ita hanc definitionem negativam puncti referri ad comparationem quantitatum, quae ex partibus compositae sint, praeparare itaque animum ad melius intelligendam doctrinam de quantitatibus, et docere, quo sensu, vel quem in usum Geometrae voce *punctum* utantur, nempe pro eo, quod non habeat partes. Quod quidem in praesentia sufficiat Geometrae.—Praeterea id quoque in Euclidis definitione vituperarunt nonnulli, quod non sit convertibilis, vel, ut aliis verbis rem enunciem, quod eadem definitio in alia plura, praeter punctum, quadret; unitatem nempe in numeris vel tempore consideratam pariter nullas partes habere. Quod etiam Proclus concedit, ac non solum punctum ait esse ἀμερὲς, sed tamen solum ὡς πρὸς τὴν γεωμετρικὴν ὕλην, unde Geometrae haec definitio sufficere possit. Vid. Procl. l. c. p. 26. et Savil. l. c. p. 63. Atque haec, quae inter unitatem ac punctum intercedit β. Γραμμὴ δὲ, μῆκος ἀπλατές.

analogia, caussa fuisse videtur, cur Proclo teste l. c. Pythagoraei punctum dicerent μονάδα προσλαβοῦσαν θέσιν, unitatem situm adsumentem. Cf. Savil. p. 60. sq. Playfair. Elements of Geometry containing the first six Books of Euclid. Edinburgh 1795. p. 347. pariter monet, haud convertibilem esse hanc definitionem, quod tamen ad naturam definitionis rite formatae pertineat; non enim ea omnia, in quibus nullae sint partes, vel quae non habeant magnitudinem, illico puncta esse. Ipse igitur definitionem hanc affert, punctum esse, quidquid positionem habeat, at non magnitudinem. Optime hac de re iudicare videtur Robertus Simsonus, qui in Anglica Elementorum versione London. 1804. p. 289. sqq. observat, definitiones 1. 2. 3. 5. 6. magis perspicuas fore, si a consideratione vel definitione corporis initio facto, ad superficiem, in qua nulla sit crassities, adeoque longitudo saltem ac latitudo considerandae veniant; a superficie ad lineam, omnis etiam latitudinis expertem; et a linea denique ad punctum descendas, quod quum nec longitudinem habeat, saltem ut terminus sive extremum lineae cogitari possit. Cf. etiam Clavii Elementa Euclidis Libr. XV. Colon. 1591. p. 1. et Borellii Euclides restitutus, Pisis 1658. p. 3. sq. Atque hac ratione evitari poterunt, quas ex Ramo, aliisque notavimus, obiectiones. Punctum nempe erit, ut in defin. 3. dicitur, πέρας τῆς γραμμῆς. Itaque definitio tertia supplet defectum primae. At hanc ipsam tertiam definitionem Savilius l. c. p 60. reprehendit, quod sit a posteriori; pariterque p. 64. similem lineae definitionem ex eadem ratione absurdam esse dicit. Recte ille quidem, si quis, haud ante explicata linea, punctum, aut, superficie haud explicata, lineam ita explicare velit. At, si Roberti Simsoni more a definitione corporis fiat initium, atque inde ad superficiem, a superficie ad lineam, a linea denique ad punctum descendas, i. e. ab eo, quod magis compositum est, ad simplicius, pariter id licebit, atque a simplicioribus ad magis composita ascendere. Hinc etiam plures Geometrae acutissimi, v. c. e nostratibus Kaestnerus, Karstenius, Lorenzius,

2. Linea autem longitudo non lata.

Matthias, aliique eundem, quem Rob. Simsonus, in his explicationibus ordinem secuti sunt. Caeterum notat Savilius, quod apud Platonem, Aristotelem, aliosque veteres *στιγμή* vocetur, id apud Euclidem ac Mathematicos esse *σημεῖον*. Denique patet, atramento aut alio quocunque modo perfectam puncti imaginem exhiberi nunquam posse.

DEFIN. II.

Hanc quoque definitionem reprehendit Aristoteles Topic. VI., quod per negationem dividat genus. Recte tamen Savilius l. c. p. 64. monet, id saepius fieri, nec reprehendi posse, qui v. c. brutum definire velit *ζῶον ἄλογον*. Neque etiam, monente pariter Savilio, sola negatione constat haec definitio, ut superior puncti, quum genus habeat positivum, *longitudo*. Vel, ut Proclus ait p. 29. *Τὸ μὲν σημεῖον, ὡς πάντων ἀρχὴν τῶν μεγεθῶν διὰ μόνης τῆς ἀποφάσεως ἐδίδαξε· τὴν δὲ γραμμὴν τῇ μὲν καταφατικῶς, τῇ δὲ ἀποφατικῶς· ἐστὶ μὲν γὰρ μῆκος, καὶ τούτῳ τῆς τοῦ σημείου πλεονάζει ἀμερείας· ἀπλατὴς δὲ ὡς τῶν ἄλλων καθαρεύουσα διαστάσεων. πᾶν γὰρ δὴ τὸ ἀπλατὲς καὶ ἀβαθές ἐστιν.* Et vulgo etiam, ut Apollonius apud Proclum monet, lineae notionem habemus, quum itinerum longitudines metiri volumus. Tum enim neque de latitudine neque de altitudine vel profunditate viae quaeritur, sed de locorum tantum distantia. Notiones nempe puncti, lineae, superficiei non nisi abstractione, ut aiunt, formantur. Caeterum alii, eodem Proclo referente, lineam dixere esse *ῥύσιν σημείου*, fluxum puncti, alii *μέγεθος ὑφ' ἓν διάστατον*, quantitatem unicam habentem dimensionem, Savilio iudice, vere utique, sed ad naturam lineae explicandam non tam accommodate et Euclidea definitione minus perspicue. In definitione sexta, quae pariter pro complemento secundae haberi potest, ut defin. tertia pro complemento primae, *γραμμαὶ πέρατα τῆς ἐπιφανείας* esse dicuntur, et Rob. Simson. addit, dici etiam posse, lineam esse terminum communem duarum superficierum continue positarum, vel lineam dividere unam eandemque superficiem in duas partes continuas. Caeterum, ut Scarburgh. monet (the γʹ. Γραμμῆς δὲ πέρατα, σημεῖα.

δʹ. Εὐθεῖα γραμμή ἐστιν, ἥτις ἐξ ἴσου τοῖς ἐφ ἑαυτῆς σημείοις κεῖται.

Engl. Euclide p. 3. sqq.) linea, quamvis fluxus puncti dicatur, haud tamen consistit e punctis iuxta se positis. Quum enim singula puncta omni careant magnitudine, decem etiam millia punctorum iuxta se positorum nullam efficere possunt longitudinem; puncta itaque punctis addita nunquam lineam efficiunt, nec ulla pars lineae est punctum, sed punctorum fluxus imaginem saltem lineae continuae exhibet. Cf. Peletar. in Euclid. Elem. Geom. Demonstr. Libr. VI. 1610. p. 3.

DEFIN. III.

De hac definitione supra ad defin. 1. dictum est, esse eam quasi complementum primae. Caeterum Proclus p. 28. et ex eo Savilius p. 66. monent, esse lineas, quarum terminos exhibere non possis, v. c. lineam ex una parte finitam, ex altera infinitam, i. e. cui ex hac parte nulli fines assigneutur, vel etiam lineas in se ipsas redeuntes. „Sic nimirum solet Euclides, (verba sunt Savilii) quam recte docti viderint, posita semel definitione alicuius generis, sine ulla divisione transire ad definitionem alicuius ex praecipuis speciebus, quod reliquae fortasse proposito suo minus inservirent, aut elementari institutioni non essent accommodatae. Sic hoc loco, cum posita definitione lineae consequens esset, ut lineam divideret in finitam et infinitam, omissa infinita, finitam solummodo in hac tertia definitione attingit.“ Mihi quidem videtur Euclides, omissis, quae ad rem proxime non pertinerent, dicere voluisse: si qua linea finita est, termini eius puncta appellantur. Cf. Clavius ad h. l.

DEFIN. IV.

Primum de sensu verborum: ἥτις ἐξ ἴσου τοῖς ἐφ' ἑαυτῆς σημείοις κεῖται, disputatur. Proclus putat, Euclidem his verbis innuere, μόνην τὴν εὐθεῖαν ἴσον κατέχειν διάστημα τὸ

3. Lineae vero extrema, sunt puncta.

4. Recta linea est, quae ex aequo punctis in ea sitis ponitur.

(legendum τῷ) μεταξὺ τῶν ἐπ' αὐτῆς σημείων i. e. rectam tum ex aequo punctis in ipsa sumtis iacere, quando spatium, seu distantia inter duo eius puncta extrema aequale sit ipsi lineae. At recte monet Borellius, Euclid. restitut. p. 4., ignorari, quidnam ipsa distantia sit, neque id ab Euclide expositum esse. Clavius p. 2. lineam aequaliter inter sua puncta extendi dicit; in qua nullum punctum intermedium ab extremis sursum aut deorsum, vel huc atque illuc deflectendo subsultet, in qua denique nihil fluxuosum reperiatur. Verum etiam haec expositio obscura videtur Borellio l. c. quod omnia illa vocabula supponant, lineam rectam iam esse cognitam, illud enim esse flexuosum, quod non sit rectum. Klügelius (Mathem. Wörterbuch Th. III. p. 447.) Euclidis verba id sibi velle putat, rectam lineam eam esse, cuius singulae partes similem formam, eundem erga se situm, habeant, in qua explicatione notio *eiusdem situs* nonnullis fortasse obscura videbitur. Alii aliter Euclidis verba explicavere. Atque haec ipsa interpretationum diversitas satis indicat, non sine causa Savilium p. 77. dicere „hanc definitionem mihi liceat bona cum venia omnium interpretum tam veterum quam recentiorum non intelligere.“ Atque in eundem sensum Pfleidererus Thes. inangur. Tub. 1782. ait: „Definitio lineae rectae Elem. Eucl. L. I. Def. 4. nullius est usus, ac re explicanda obscurior.“ Adeo, ut Savilius ait, rem maxime perspicuam perspicue definire aliquando difficile est. Quum nempe definitionis negotium in eo versetur, ut rem minus aut imperfecte cognitam per characteres eius distinctivos explicemus, notasque, quibus illa ab omnibus reliquis discerni possit, afferamus, patet res omnium simplicissimas, quamvis omnium oculis obversantes satisque notas, vix per characteres adhuc simpliciores exprimi atque explicari posse. Omnes novimus, quid sit atrum, quid album; at quis alteri id se explicare posse, sibi persuadebit? An linea recta huc referenda ε΄. Ἐπιφάνεια δέ ἐστιν, ὃ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχει.

ς΄. Ἐπιφανείας δὲ πέρατα, γραμμαί.

ζ΄. Ἐπίπεδος ἐπιφάνειά ἐστιν, ἥτις ἐξ ἴσου ταῖς ἐφ' ἑαυτῆς εὐθείαις κεῖται.

sit, equidem non dixerim. Illud tamen certum est, id ipsum, quod rectum sit, adeo simplex esse, ut difficile certe sit, notionibus simplicioribus id efferre. Unde etiam tam variae lineae rectae definitiones ortae esse videntur. Alii enim (atque ita fere etiam definitio nostra quarta est apud Campanum) dixere, lineam rectam eam esse, quae minima sit inter eosdem terminos, quod ipsum etiam Archimedes non quidem ut definitionem lineae rectae, at ut λαμβανόμενον ponit in Praefat. ad Libros de Sphaera et Cylindro; alii v. c., Proclo referente, Plato: cuius puncta extrema obumbrent media; alii: cuius omnes partes omnibus congruant; alii: quae una ratione inter duo puncta duci possit; alii aliter eius naturam explicare studuerunt. Maxime nobis arridet ea, quam Kraftius Geom. Sublim. p. 2. a F. C. Maiero sibi traditam exhibet, lineae rectae definitio, qua ea esse dicitur, quae circa utrumque extremum (vel etiam circa duo puncta quaecunque in ipsa sumta) tanquam polos circumvoluta situm suum non mutet, quo sensu etiam interpretari possis eam, quam Proclo referente veterum nonnulli dedere, definitionem: ἥτις τῶν περάτων μενόντων καὶ αὐτὴ μένει. Atque eodem fere sensu Austinus (An Examination of the first Books of Euclids Elements Oxford 1781. p. 2.) Euclidis definitionem intelligi debere contendit. Cf. etiam Playfair. Elem. of Geometry p. 1., 351., sq. cuius definitio eodem fere redit. Et Saccherius (Euclides ab omni naevo vindicatus Mediol. 1733. p. 71.) rectam lineam, quae ex aequo sua interiaceat puncta, ait necessario talem esse, ut circa duo illa immota extrema sua puncta non possit ipsa in alteram partem converti, v. c. a laeva parte in dextram. Ex hac definitione consequitur, per duo puncta non nisi unam rectam transire, adeoque duas rectas spatium non

5. Superficies autem est, quod longitudinem et latitudinem tantum habet.

6. Superficiei vero extrema, sunt lineae.

7. Plana superficies est, quae ex aequo rectis in ea sitis ponitur.

comprehendere, nec segmentum commune habere. Ex hac ipsa definitione etiam facile normae aut regulae, ad quam duci solent lineae rectae, examen institui poterit. Norma nempe circa se ipsam circumvoluta eidem lineae congruere debebit.

DEFIN. V.

Superficies, ut Proclus monet, dici etiam potest, terminus corporis, vel, ut Rob. Simson. addit, terminus communis duorum corporum continue positorum. Neque igitur pars corporis erit superficies, vel, ut aliter dicamus, superficies superficiei imposita nunquam corpus efficiet. Cf. dicta ad def. 2.

DEFIN. VI.

Hanc quoque definitionem ita efferre possumus: si qua superficies finita est, fines eius sunt lineae. Itaque lineae nunquam partem superficiei constituent, nec plures iuxta se positae lineae superficiem efficient.

DEFIN. VII.

In hac definitione verba ἐξ ἴσου parem, atque in definitione quarta obscuritatem habent. Proclus quidem similiratione haec verba explicat atque in definitione lineae rectae; superficiem nempe planam aequalem esse dicit intervallo suarum rectarum, quod Savilio iudice est non quidem obscurum per obscurius, sed planum et perspicuum per meras tenebras explicare. Clavius aliquanto clarius; ita ut mediae partes ab extremis sursum deorsumve subsultando non recedant, vel ita, ut superficies nihil habeat incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum. Eadem tamen, quae Borellius circa similem lineae rectae explicationem monuit, hic quoque valent. Neque reliquorum explicationes difficultatibus carent. Unde etiam alii alias superficiei planae definitiones dederunt, similes fere η. Ἐπίπεδος δὲ γωνία ἐστὶν ἡ ἐν ἐπιπέδῳ δύο γραμμῶν ἁπτομένων ἀλλήλων, καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας κειμένων, πρὸς ἀλλήλας τῶν γραμμῶν κλίσις.

θ'. Ὅταν δὲ αἱ περιέχουσαι τὴν εἰρημένην 1) γωνίαν γραμμαὶ εὐθεῖαι ὦσιν, εὐθύγραμμος καλεῖται ἡ γωνία.

1) εἰρημένην habet Ed. Paris. ex Cod. 190. Reliquae editiones et Mss. omittunt hanc vocem, quam certe nemo desideraverit.

iis, quibus ad def. 4. rectam quoque lineam explicatam esse diximus. E quibus reliquis praeferenda videtur ea, quam Proclo teste iam e veteribus quidam exhibuerunt, superficiem planam eam esse, cuius omnibus partibus recta applicari possit (ᾗς πᾶσι τοῖς μέρεσιν εὐθεῖα ἐφαρμόζει), vel, ut paullo distinctius habet Rob. Simson., in qua, sumtis utcunque duobus punctis, recta linea inter illa tota sita est in ista superficie. Id ipsum etiam Euclidis definitionem dicere, contendit Austinus l. c. p. 3. et Hero Nomin. Geometr. edit. a Conr. Dasypodio, in Editione Euclidis ab ipso curata, qui ἐξ ἴσου κεῖται interpretatur: παντοίως ἐφαρμόζει. Atque hanc determinationem in Elementis Euclidis, ac nominatim L. XI. Prop. 1. 2. 3. supponi, monent Simson. et Pfleidererus l. c. p. 2. Campanus habet: Superficies plana est ab una linea ad aliam brevissima extensio, in extremitates suas eas recipiens. Caeterum notandum adhuc est, quod etiam Proclus monet, apud Platonem et Aristotelem ἐπίπεδον saepius pro ἐπιφάνεια in genere sumi, Euclidi contra superficiem *planam saltem* voce ἐπίπεδον notari. Addimus denique, omnia, quae in Element. libr. I—IV. et deinde L. VI. dicuntur, ad delineationes saltem in *superficie plana* factas referri debere, etiam ubi haec restrictio non expresse adiiciatur.

DEFIN. VIII.

Rob. Simson. monet, auctori huius definitionis id consilium fuisse videri, ut angulum sensu generaliore sumtum explicaret, non eum saltem, qui a duabus rectis, verum etiam eum, qui, ut nonnulli volunt, a recta et curva, vel a duabus curvis effi-

8. Planus autem angulus est in plano duarum linearum sese tangentium, et non in directum positarum, alterius ad alteram inclinatio.

9. Quando vero lineae dictum angulum continentes rectae sunt, rectilineus appellatur angulus.

citur. (Hinc etiam in defin. 9. separatim de angulo rectilineo sermo est). At verba ἐπ' εὐθείας, quae satis perspicua sint, si de duabus rectis sermo sit, vix habere sensum, quum de recta et curva aut de duabus curvis adhibeantur. Videri igitur hanc definitionem pariter ac definitionem anguli segmenti, ut et ea, quae de angulo semicirculi et segmentorum angulis habeantur lib. III. Prop. 16. et 31. additamenta esse editoris minus periti. Et iam Vivianius vocem ἐπίπεδος expungendam, et omnia ad angulos rectilineos restringenda esse putaverat. Vid. infra Excurs. ad L. III. 16. Proclus, autem ad h. l. multa de variis angulorum generibus disserit, qui vel a variis curvis, vel maxime a diversis circulis, vel etiam a recta et circulo contineantur. Sed ad elementa certe angulos non rectilineos haud pertinere iure pronunciat Playfair.

Caeterum ad hanc definitionem monendi fuerint tirones, magnitudinem anguli, quod et ipsa definitio innuit, non a magnitudine rectarum angulum comprehendentium (*crura* vocant), sed a mutua earum positione pendere. Punctum, in quo crura anguli concurrunt, *verticem* vocant.

DEFIN. IX.

De hac definitione ac praecedente iure sentit Pfleidererus (Thes. inaugur. Tub. 1784. p. 1. 2.) „Definitiones hae proprie tantum, *ad quid notio anguli spectet*, innuere, non notionem ipsam declarare censendae sunt: alias idem per idem, obscurum per aeque obscurum explicare iure reprehenderentur. Hinc etiam nullus earum deprehenditur usus ad propositiones de aequalitate, inaequalitate, et generatim ratione mutua ac magnitudine angulorum stabiliendas." Atque hoc sufficere videtur ad defendendum in hac re Euclidem contra accusationes recentiorum ι. Ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν ἐστι· καὶ ἡ ἐφεστηκυῖα εὐθεῖα κάθετος καλεῖται ἐφ' ἣν ἐφέστηκεν.

ια. Ἀμβλεῖα γωνία ἐστὶν, ἡ μείζων ὀρθῆς.

ιβ'. Ὀξεῖα δὲ, ἡ ἐλάσσων ὀρθῆς.

ιγ'. Ὅρος ἐστὶν, ὅ τινός ἐστι πέρας.

ιδ'. Σχῆμά ἐστι, τὸ ὑπό τινος ἢ τινων ὅρων περιεχόμενον.

ιε. Κύκλος ἐστὶ σχῆμα ἐπίπεδον, ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον, ἣ καλεῖται περιφέρεια· πρὸς ἣν, ἀφ' ἑνὸς σημείου τῶν ἐντὸς τοῦ σχήματος κειμένων, πᾶσαι αἱ προσπίπτουσαι εὐθεῖαι 2) ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν.

2) Ed. Paris. Cod. 190. vel *a*, et alii plures Codd. adsunt: πρὸς τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν, quae verba tamen, consentientibus etiam *de Lambre* et *Prony* in relatione ad Institut. Franc. facta, pro mero eoque inutili glossemate habenda videntur, et recte in reliquis Edd. variisque Codicibus desunt.

quorundam v. c. Ohmii (Kritische Beleuchtung der Mathem. überhaupt, und der Euklid. Geom. insbesondere).

DEFIN. X. XI. XII.

Angulos deinceps positos τὰς ἐφεξῆς γωνίας Euclides appellat illos duos angulos, qui ab una linea in alteram incidente fiunt ex utraque parte lineae incidentis. Caeterum vox κλίσις in Defin. 8. monente Savilio ad angulum rectum et obtusum applicata sensu generaliore sumenda est.

DEFIN. XIII.

Distinguendum esse docet Savilius inter ὅρον terminum, et perimetrum sive ambitum figurae. In triangulo v. g. quodlibet latus *per se sumtum ὅρος est, sed omnia latera simul sumta perimeter*. Caeterum Savilius verba haec: ὅρος ἐστὶν etc. nullam ait habere definitionis faciem, sed vocabuli potius per

10. Quando autem recta super rectam insistens angulos deinceps aequales inter se facit, rectus est uterque aequalium angulorum: et insistens recta, perpendicularis vocatur ad eam, super quam insistit.

11. Obtusus angulus est, qui maior recto.

12. Acutus autem, qui minor recto.

13. Terminus est, quod alicuius est extremum.

14. Figura est, quod ab aliquo vel aliquibus terminis continetur.

15. Circulus est figura plana ab una linea contenta, quae voc tur circumferentia; ad quam ab uno puncto eorum, quae intra figuram posita sunt, cadentes omnes rectae aequales inter se sunt.

suum synonymum explicationem esse, consentiente Scarburghio, qui haec verba glossema esse putat margini primum adscriptum. Et sane, si desint, nemo ea desideraverit. Rob. Simson. hanc definitionem asterisco notavit.

DEFIN. XIV.

Notandum vocem σχῆμα *figura* ab Euclide non de figuris tantum planis, aut in superficie aliqua positis, sed, ut definitio haec innuit, de corporibus quoque adhiberi. Patet id e definitionibus quoque prismatum, pyramidum, conorum, aliorumque corporum, quae ad initium libri XI. habentur.

DEFIN. XV.

Facile patet, e mera rei alicuius definitione, quae tantum asserit, si quid in rerum natura sit ita comparatum, ut in definitione dictum erat, id hoc illove nomine designandum esse, (quas definitiones veteres logici *nominales* vocarunt) haud consequi, dari aut possibilem certe esse eiusmodi rem. Fieri enim potest, ut, re haud satis pensitata, ἀσύστατα quoque in definitione coniungantur, v. c. si quis circuli, quadrati, aut trianguli circulo non inscriptibilis definitionem dare velit. Reapse igitur esse tales figuras etc., quales in aliqua eius generis definitione describuntur, nisi res per se pateat, tum demum scire ιϛ'. Κέντρον δὲ τοῦ κύκλου, τὸ σημεῖον καλεῖται.

ιζ'. Διάμετρος δὲ τοῦ κύκλου ἐστὶν εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἠγμένη, καὶ περατουμένη ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη ὑπὸ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας, ἥτις καὶ δίχα τέμνει τὸν κύκλον.

ιη'. Ἡμικύκλιον δέ ἐστι τὸ περιεχόμενον σχῆμα, ὑπό τε τῆς διαμέτρου, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῆς τοῦ κύκλου περιφερείας.

poterimus, quum ostensum fuerit, qua ratione eius generis figurae fieri possint. Quod etiam ab Euclide plerumque factum esse videmus. Quodsi possibilitas rei per se pateat, tum etiam definitio ita strui poterit, ut rationem, qua res fieri possit, indicet. Eius generis definitiones logici *geneticas*, veteres etiam *reales*, recentiores *syntheticas* vocant. Euclidis circuli definitio quum nominalis tantum sit, possibilitas rei non inde derivari poterat, verum in postulatis sumebatur. Neque vero eapropter Euclides reprehendendus est, ut pluribus ostendit Scarburgh. ad h. l. Poterat vero etiam definitio exhiberi genetica vel synthetica ita fere: Quodsi recta quaecunque circa alterum punctum extremum in eodem plano gyretur, dum in pristinum situm redeat, spatium, quod illa recta percurrit, circulus et linea ab altero extremo rectae revolutae descripta circumferentia vocabitur, ubi facile patet, nihil in definitione sumi, quod non facile effici queat. Unde etiam consequitur, quodvis circumferentiae punctum a puncto illo, circa quod recta circumferebatur, aeque distare, atque illud punctum, quod centrum vocant, intra circulum situm esse. Ac fateor, me non videre, quo iure Scarburghius tam acerbe perstringat Borellium aliosque, qui genetica hac definitione uti maluerint. Caeterum rectae, quae ex centro ad punctum aliquod circumferentiae ducuntur, hodie plerumque apud geometras radii, apud Euclidem simpliciter rectae ex centro, *αἱ ἐκ τοῦ κέντρου*, libr. III. Def. 1. et Prop. 26. vocantur. Ubi de circulis describendis agitur, vox *διάστημα* adhibetur, quae minus

16. Hoc autem punctum centrum circuli vocatur.

17. Diameter vero circuli est recta quaedam per centrum ducta, et terminata ex utraque parte a circuli circumferentia; quae et bifariam secat circulum.

18. Semicirculus vero est figura contenta a diametro, et ea circuli circumferentia, quae a diametro intercipitur.

accurata videri potest, quum rectam lineam brevissimam esse inter duo puncta supponat, cuius rei in Elementis nulla occurrit mentio, et casus tantum singularis L. I. 20. demonstratur. Nonnunquam circuli nomine circumferentiam quoque vel peripheriam denotant. Rectius tamen illae nomine etiam distinguuntur. Pariter partes circumferentiae, quas vulgo, verosimiliter secundum Arabes (cf. Campani III. Def. 7.) arcus vocamus, Euclides semper peripherias vocat. Vid. Pfleiderer. in Hauberi Chrestom. Geometr. p. 284.

DEFIN. XVII. XVIII.

Verba: *ἥτις καὶ δίχα τέμνει τὸν κύκλον*, quae praevie tantum definitionis 18. gratia adiuncta esse censeri debent, haud esse partem definitionis, sed ex definitione consequi monet Rob. Simson. Et Scarburghius quidem glossema Elementis assutum esse putat. Quidquid sit, hanc definitionis consequentiam, tam quoad circumferentiam, quam quoad superficiem circuli demonstrari oportebat, quod Thaletem fecisse Proclus refert, superiore circuli parte inferiori superposita. Cf. infra Obs. ad III. Def. 1. Idem etiam probari posse e libri tertii propositionibus 31. 23. 24. monent Simson. et Pfleiderer. (Thes. inaugur. Tub. 1784. p. 4.), qui addit, ita demum a subreptionis vitio liberari sequentem definitionem 18. Pariter ostendi poterit, valere etiam conversam, nempe rectam, quae circulum bifariam dividat, per centrum transire, adeoque reliquas, quae circulum secent, nec per centrum transeant, rectas eum in inaequalia segmenta dividere, et vice versa. In Procli commen-

ιθ΄. Τμῆμα κύκλου [1] *ἐστὶ, τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας [ἢ μείζονος ἢ ἐλάσσονος ἡμικυκλίου].*

κ΄. Σχήματα εὐθύγραμμά ἐστι, τὰ ὑπὸ εὐθειῶν περιεχόμενα.

κά. Τρίπλευρα μὲν, τὰ ὑπὸ τριῶν.

κβ΄. Τετράπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ τεσσάρων.

κγ΄. Πολύπλευρα δὲ, τὰ ὑπὸ πλειόνων ἢ τεσσάρων εὐθειῶν περιεχόμενα.

κδ΄. Τῶν δὲ τριπλεύρων σχημάτων, ἰσόπλευρον μὲν τρίγωνόν ἐστι, τὸ τὰς τρεῖς ἴσας ἔχον πλευράς.

κέ. Ἰσοσκελὲς δὲ, τὸ τὰς δύο μόνας ἴσας ἔχον πλευράς.

1) Definitionem hanc segmenti circuli habent quidem libri mss. et editiones Graecae omnes, unde nec nos eam delere voluimus. At, quum eadem ut L. III. Def. 6. recurrat, ex Buteonis, Savilii et Scarburghii sententia eam pro spuria habendam putamus. Semicirculi mentio in definitione antecedente facta huic additamento ortum dedisse videtur. Procli Commentarius eam non habet, nisi quod in Commentario ad definitionem praecedentem eiusmodi aliquid ab initio adiicit. Verba sub finem addita, quae uncis inclusimus, eo magis suspecta sunt, quod non tantum in editionibus Basil. et Oxon. et Codice Peyrardi f, sed etiam L. III. Def. 6. desunt. Et L. III. Prop. 23. 24. 25. 33. 34. *τμῆμα* semicirculum quoque comprehendit. Baermannus hanc definitionem omisit; hinc eae, quae sequuntur, apud eum numero minore designantur. Rob. Simson quoque asterisco eam notavit.

tario definitioni 18. additur; *κέντρον δὲ τοῦ ἡμικυκλίου τὸ αὐτὸ, ὃ καὶ τοῦ κύκλου ἐστίν*, semicirculi centrum idem est, quod et circuli. Ad quae verba iure monet Scarburghius, magis proprie dici posse, semicircumferentiae idem centrum esse, quod circuli. Semicirculo enim centrum proprie tribui nequit. Caeterum haec verba, quum in libris mss. Elementorum, ut et Savilius observat, haud legantur, spuria sine dubio esse, aut forte observationem saltem a Proclo factam continere Scarburghius putat.

19. Segmentum circuli est figura contenta recta et circuli circumferentia [vel maiore vel minore semicirculo].

20. Figurae rectilineae sunt, quae a rectis continentur.

21. Trilaterae quidem, quae a tribus.

22. Quadrilaterae autem, quae a quatuor.

23. Multilaterae vero, quae a pluribus quam quatuor rectis continentur.

24. Trilaterarum autem figurarum aequilaterum quidem triangulum est, quod tria aequalia habet latera.

25. Isosceles (aequicrurum) vero, quod duo solum aequalia habet latera.

DEFIN. XX. XXI. XXII. XXIII.

Addi potest, rectas, quae figuras istas continent, latera figurae vocari, et omnes simul ambitum vel perimetrum figurae constituere, spatium autem ab iis comprehensum aream appellari. Quae in figuris plurium quam trium laterum vertices duorum angulorum eidem lateri non adiacentium coniungunt, Diagonales vel Diametri figurae audiunt. Figurae, quae omnia latera aequalia, et omnes etiam angulos aequales habent, regulares, reliquae irregulares vocantur. Sin autem latera tantum sint aut considerentur ut aequalia, figura aequilatera; si anguli tantum, figura aequiangula audiet. Vid. Pfleiderer. in Hauberi Chrest. Geometr. p. 284. sq.

DEFIN. XXV.

Addi potest, in triangulo isosceli aequalia latera crura, reliquum basin vocari. In aliis etiam triangulis tertium latus, quando a reliquis distinguitur, basis vocatur. Generatim trianguli ac cuiusvis figurae rectilineae basis vocatur illud latus, super quo figura constituta concipitur. Vide Pfleiderer. in Hauberi Chrest. Geometr. p. 285.

κϛ'. Σκαληνὸν δὲ, τὸ τὰς τρεῖς ἀνίσους ἔχον πλευράς.

κζ'. Ἔτι τε, τῶν τριπλεύρων σχημάτων, ὀρθογώνιόν μὲν τρίγωνόν ἐστι τὸ ἔχον ὀρθὴν γωνίαν.

κη'. Ἀμβλυγώνιον δὲ, τὸ ἔχον ἀμβλεῖαν γωνίαν.

κθ'. Ὀξυγώνιον δὲ, τὸ τὰς τρεῖς ὀξείας ἔχον γωνίας.

λ'. Τῶν δὲ τετραπλεύρων σχημάτων τετράγωνον μὲν ἐστιν, ὃ ἰσόπλευρόν τέ ἐστι καὶ ὀρθογώνιον.

λα'. Ἑτερόμηκες δὲ, ὃ ὀρθογώνιον μὲν, οὐκ ἰσόπλευρον δέ.

λβ'. Ῥόμβος δὲ, ὃ ἰσόπλευρον μὲν, οὐκ ὀρθογώνιον δέ.

λγ'. Ῥομβοειδὲς δὲ, τὸ τὰς ἀπεναντίον πλευράς τε καὶ γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ἔχον, ὃ οὔτε ἰσόπλευρόν ἐστιν, οὔτε ὀρθογώνιον.

DEFIN. XXVI.

Σκαληνὸν, quod Hesychius interpretatur: *σκολιὸν*, *tortuosum*, melius a *σκάζω*, *claudico*, derivatur, quod, ut Proclus ait p. 47. triangulum scalenum *πανταχόθεν χωλεύει*. Caeterum addi potest, in triangulo rectangulo latus recto angulo oppositum, Hypotenusam, reliqua autem latera, quae angulum rectum comprehendunt, Cathetos appellari.

DEFIN. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII.

Has definitiones Pfleidererus observat l. c. Th. 2. quamvis superabundantes, vitiosas non esse. Superabundantes nempe sunt. Continent quippe plures notas, quam quae ad rem discernendam sufficiant. Ita v. c. satis erat dicere, quadratum esse figuram quadrilateram aequilateram, in qua unum saltem angulum rectum esse constet. Omnes enim rectos esse, facile inde probari poterat. Pariter de rhomboïde monet Simson., satis fuisse dicere, esse figuram quadrilateram, quae habeat

26. Scalenum autem, quod tria inaequalia habet latera.

27. Insuper trilaterarum figurarum rectangulum quidem triangulum est, quod habet angulum rectum.

28. Obtusangulum autem, quod habet angulum obtusum.

29. Acutangulum vero, quod habet tres angulos acutos.

30. Quadrilaterarum autem figurarum quadratum quidem est, quod et aequilaterum est et rectangulum.

31. Oblongum autem, quod rectangulum quidem, non vero aequilaterum.

32. Rhombus vero, quod aequilaterum quidem, non vero rectangulum.

33. Rhomboïdes autem, quod et opposita latera et angulos aequalia inter se habet, quod neque aequilaterum est, nec rectangulum.

latera opposita aequalia, quod nempe angulorum oppositorum aequalitas inde sponte fluat, et vice versa. Nihil tamen falsi continent hae propositiones, quamvis plus ac necessarium erat, efferant. Denique liceat observare, in his et nonnullis praecedentibus definitionibus idem valere, quod de definitione circuli monuimus, possibilitatem rei ex sola definitione nequaquam inferri posse. Omnes etiam has figuras in eodem plano positas intelligi, diximus ad defin. 7. Proclus monet, τετράγωνον, quod proprie omnes figuras quadrilateras comprehendat, tamen de sola figura quadrilatera aequilatera et rectangula dici. Vocem ῥόμβος Proclus a verbo ῥομβέω, *in circulum torqueo*, derivat, quod sit quadratum quasi distortum, nisi forte verius ῥομβέω a ῥόμβος derivandum est. Est nempe ῥόμβος (rhombus solidus) proprie conus rectus duplex, ex utraque parte eiusdem basis, eadem utrimque altitudine constitutus, quem tanquam turbinem vel trochum in circulum *λδ'. Τὰ δὲ παρὰ ταῦτα τετράπλευρα τραπέζια καλείσθω.*

λε'. Παράλληλοί εἰσιν εὐθεῖαι, αἵ τινες ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσαι, καὶ ἐκβαλλόμεναι εἰς ἄπειρον ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη, ἐπὶ μηδέτερα συμπίπτουσιν ἀλλήλαις.

agere possis. Tale deinde corpus si a plano per coni vertices transeunte secetur, existet in plano a turbine secto figura, quem rhombum (rhombum planum) vocant mathematici. Savilius contra a rhombo plano rhombum solidum denominationem accepisse putat. Oblongum, sive rectangulum, cuius unum latus est recta A, alterum ei contiguum recta B, hac nota: A×B designare solent, cuius rei ratio infra patebit.

DEFIN. XXXIV.

Figurarum, quas Euclides trapezia vocat, tres species facit Proclus. Vel enim duo saltem latera habent parallela, et rectas haec latera iungentes aequales — atque haec quidem Proclus trapezia aequicrura vocat — vel duo quidem latera parallela habent, at rectas ea iungentes inaequales, quae trapezia scalena vocat Proclus; vel nullum latus alteri parallelum habent, et tum Proclo trapezoidea audiunt.

DEFIN. XXXV.

Circa hanc definitionem nonnulli recentiores Mathematici (v. c. Hauff., Hoffmann., Lüdicke., aliique) id potissimum desiderarunt, quod negative tantum expressa sit, vel concursum rectarum parallelarum neget. At recte contra monuit Müller. (ausführl. und evidente Theorie der Parallellinien, Nürnb. 1819. p. 22.) facile idem prorsus ita exprimi posse: rectae parallelae dicuntur, quae in eodem plano ita sitae sunt, ut quousque continuentur semper omnia unius puncta sint ex eadem parte alterius. Proclus ad hanc definitionem refert, Posidonium rectas parallelas dixisse eas esse, quae, quum in eodem sint plano, neque convergant, neque divergant, sed ita positae sint, ut omnes ex una earum in alteram demissae perpendiculares sint inter se aequales. Quae ipsa definitio aliis quoque placuit. Involvere tamen ea videtur, rectarum eam

34. Reliqua autem quadrilatera trapezia vocentur.

35. Parallelae rectae sunt, quae in eodem plano positae, et productae in infinitum ad utramque partem, in neutram sibi coincidunt.

naturam esse, ut situm habere possint, in quo perpendiculares ab una in alteram demissae aequales sint, quod ipsum ante demonstrari debere videtur, vel, ut aliter dicamus, involvit, lineam, e qua omnes in rectam aliquam demissae perpendiculares aequales sint, etiam ipsam rectam esse. Alii ita: si in duas in eodem plano sitas rectas alia recta incidat, quae angulum externum aequalem faciat interno ad easdem partes posito, duae istae rectae parallelae erunt, ubi probandum erit, rectas, quae ab una recta hac ratione secantur, etiam ab aliis, a quibus secantur, rectis eodem modo secari. Conf. Klügel. Mathem. Wörterbuch ad vocem: *Parallelen*.

Praeter 35., quas Euclides habet, definitiones, duas addendas putat Clavius (quas etiam Henrion. et Barrov. in sua Elementorum editione subiunxerunt) unam nempe 36. (quam iam Candalla habet) qua figuras quadrilateras, quarum bina opposita latera sunt inter se parallela, parallelogramma vocari doceatur, alteram 37. qua indicetur, quid sint parallelogrammorum complementa circa diametrum, de quibus prop. 43. 44. sermo est. Et definitionem parallelogrammorum quidem haud cum Scarburghio ad I. 33. et 34. pro superflua habere possumus. Quamvis enim parallelogrammum non sit nova figurae species, sed, ut infra videbimus, tantum figuras def. 30—33. explicatas comprehendat, iuvat tamen exponere, quid generali hoc nomine intelligi velimus, nec definitio innuit semper, novum aliquid, de quo ante plane non sermo fuerit, indicari. Parallelogrammorum complementa autem quid sint, melius intelligetur, postquam de rectis parallelis actum fuerit. Confer itaque dicta ad I. 43. Quin aliquot etiam Euclidearum definitionum, ut Savilius monet, exiguum usum esse fatendum est, *ut in magna domo multa supellex, quae non utitur*, ut loquitur ille cascus (Naevius), *emitur tamen*.

ΑΙΤΗΜΑΤΑ.

α΄. Ἠιτήσθω, ἀπὸ παντὸς σημείου ἐπὶ πᾶν σημεῖον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

β΄. Καὶ πεπερασμένην εὐθεῖαν ἐπ' εὐθείας κατὰ τὸ συνεχὲς ἐκβάλλειν.

γ΄. Καὶ παντὶ κέντρῳ καὶ διαστήματι κύκλον γράφεσθαι.

POSTULATA.

Postulata et Axiomata illud, ut Proclus l. III. p. 50. ait, commune habent, ut nulla egeant demonstratione, per se fidem faciant, et consequentium fiant principia. In eo vero ex Gemini sententia, quem postea fere omnes secuti sunt, differunt, quod postulata quidem aliquid efficere iubeant, quod habeat facilem et cuivis obviam constructionem, axiomata contra aliquid verum esse asserant, de quo nemo, qui verborum sensum probe intellexit, dubitare potest. Mathematici autem postulata pariter atque axiomata volunt esse quam paucissima, ne quid forte ut effectu facile immisceatur, quod quomodo fieri possit, non omnibus pateat, aut pro certo aliquid sumatur, quod dubium adhuc esse possit. Aut, ut Barrov. ait (*Lect. Mathem.* 1664. Lect. IV. p. 66.) „Axiomata praemittunt Mathematici paucissima; parcissime quidvis petunt, adsumunt aut praesupponunt. Est enim tenerrimae frontis et stomachi robustissimi, pudentissimum genus hominum et taedii patientissimum. Quemvis concoquere malunt laborem in dictis suis demonstrandis, quam assensum gratuitum emendicare, vel nimiam auditorum liberalitatem experiri. Proprii ratiocinii virtuti, non alienae facilitati, deberi volunt conclusionum suarum evidentiam et firmitatem. Per longas ambages morosius ac prolixius aliquas propositiones, alioquin facillimas, deducere satagunt, eo quod a multiplicando postulatorum et axiomatum numero vehementer abhorreant.“ Addit deinde Barrov. sine ratione Ramum (cum quo etiam recentiores nonnulli faciunt) Euclidem acriter reprehendisse,

POSTULATA.

1. Postuletur, ab omni puncto ad omne punctum rectam lineam ducere.

2. Et finitam rectam in directum continuo producere.

3. Et omni centro et intervallo circulum describere.

quod is plurimas propositiones susceperit demonstrandas, quas ex Rami sententia satius fuisset, ceu sua luce claras arripere, indemonstratas anticipare, in axiomatum censum referre: in quo omnes harum rerum intelligentes consentientes habebit Barrov.

Ad postulatum primum monet Scarburgh., mente tantum ductam concipi rectam ab uno puncto ad alterum, et generatim ea omnia, quae sive in postulatis, sive in problematibus fieri iubeant mathematici, imaginatione saltem ita effecta concipienda esse, neque manualem litterarum ductum, qui semper imperfectus sit, ad veritatem mathematicam intelligendam requiri, figuras tamen manu factas imaginationi succurrere, unde semper regulae et circini usum hactenus permissum sibi putarint geometrae.

Quodsi postulata eo sensu sumantur, quo, Proclo teste, Geminus ea sumenda putavit, manifestum est, quod et Proclus asserit, id, quod pro quarto postulato quidam habuere (Campano est postulatum tertium, quod nempe duo prima in unum contrahit), nempe omnes angulos rectos inter se aequales esse, pariter atque id, quod quintum esse voluerunt, nempe rectas, in quas incidens alia recta faciat angulos internos minores duobus rectis, si opus sit, productas concurrere, neutiquam ad postulata referri debere (cf. Müller ausführl. und evidente Theorie der Parallellinien Nürnb. 1819. p. 4. sqq.), nec magis illud, duas rectas spatium non comprehendere, huc pertinere. Quum tamen Proclus testetur, sua iam aetate plures has propositiones inter postulata retulisse, et codices etiam mss., quos Peyδ. *Καὶ πάσας* [1] *τὰς ὀρθὰς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις εἶναι.*

ε. *Καὶ ἐὰν εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖά τις ἐμπίπτουσα τὰς ἐντὸς (καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη γωνίας δύο ὀρθῶν ἐλάσσονας ποιῇ, ἐκβαλλομένας* [2] *τὰς δύο εὐθείας ἐπ' ἄπειρον συμπίπτειν ἀλλήλαις, ἐφ' ἃ μέρη εἰσὶν αἱ τῶν δύο ὀρθῶν ἐλάσσονες γωνίαι.*

ϛ. *Καὶ δύο εὐθείας* [3] *χωρίον μὴ περιέχειν.*

1. *πᾶσαι αἱ ὀρθαὶ γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί.* Ita in axiom. legunt edit. Basil. e Oxon.
2. *ἐκβαλλόμεναι αἱ δύο αὗται εὐθεῖαι ἐπ' ἄπειρον συμπεσοῦνται ἀλλήλαις.* Ita in axiom. legunt ed. Basil. et Oxon.
3. *δύο εὐθεῖαι χωρίον οὐ περιέχουσι.* Ita in axiom. habent codd. Peyrardi d. f. h. k. l. m. n. et editiones Basil. et Oxon. Caeterum, ut Peyrardus observat, in quibusdam codd. haec propositio tam in postulatis, quam in axiomatibus habetur.

rardus contulit, omnes postulatum quartum et quintum, nonnulli etiam sextum habeant (editiones tamen Basil. et Oxon. ea inter axiomata referunt); quum in primis ex Arabico aut Graeco factis versionibus Latinis Elementorum Campani (ut vulgo volunt), Zamberti, Commandini quinque postulata habeantur; quum in aliis etiam antiquis scriptoribus, qui Euclidis postulata retulere, v. g. Censorino, Marciano Capella, Boëthio pariter quinque illa postulata enumerentur (conf. *Zwey mathematische Abhandlungen von Scheibel, Breslau* 1807. p. 17. sqq.), necesse est, postulata ab illis alio sensu sumta fuisse. Ac reapse Proclus ait, hypotheses, postulata, axiomata alios alio sensu dixisse, et nominatim nonnullos omnia, quae ad Geometriam speciatim pertinerent, inter postulata, reliqua, quae omnibus disciplinis mathematicis communia essent (cf. Schwab. Commentat. in Euclid. Lib. I. §. 31.) inter axiomata retulisse, quo tamen axioma octavum non quadrat. Atque hi quidem decepti fuisse videntur titulo: *κοιναὶ ἔννοιαι*, quem ita interpretabantur, ut notiones pluribus

4. (Aliis: Axioma 10.) Et omnes angulos rectos aequales inter se esse.

5. (Aliis: Axioma 11.) Et si in duas rectas recta quaedam incidens, interiores et ad easdem partes angulos duobus rectis minores faciat, productas illas duas rectas in infinitum sibi coincidere, ad quas partes sunt anguli duobus rectis minores.

6. (Aliis: Axioma 12.) Et duas rectas spatium non continere.

mathematicis disciplinis communes intelligerent, quem sensum etiam Scheibel. l. c. tuetur. Wallisius etiam (Oper. Mathem. T. II. p. 667. sq.) cum hac opinione facit. Nos locum quidem, quem in msstis habent, mutare noluimus, at, consentientibus viris doctissimis, Barrov., Rob. Simson., aliisque plurimis, rectius ea axiomatibus, et ne his quidem omnia accenseri putamus. Nempe postulatum quartum, aut, ut alii volunt, axioma decimum, omnes angulos rectos aequales esse, demonstratione egere, nec pro axiomate, multo minus pro postulato sumi posse, dudum monuere viri docti, nominatim Pfleiderer. Thes. inaugur. Tub. 1784. Thes. 4. Demonstrationem propositionis satis facilem, uno nempe angulo recto alteri superposito, exhibet Proclus p. 53. (Cf. Schwab. in Euclid. lib. I. §. 35.). Unde consequitur, constantis esse magnitudinis angulum rectum, adeoque pro mensura reliquorum sumi posse. Vid. Pfleiderer. in Hauberi Chrestom. Geom. p. 306.

De postulato quinto, aliis axiomate undecimo, ad El. I. 29. et in Excursu ad eam propositionem fusius dicetur. Unum monemus Peletarium in Elem. Geom. satis perverse hoc axioma adeo inter definitiones referre voluisse; esse enim ait definitionem linearum non parallelarum. Postulatum 6. vel, ut aliis est, Axioma 12. quod nempe duae rectae spatium non comprehendant, ex notione lineae rectae a Majero explicata consequi diximus ad definitionem quartam. Et recte

ΚΟΙΝΑΙ ΕΝΝΟΙΑΙ.

α΄. Τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα.

β΄. Καὶ ἐὰν ἴσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἴσα.

γ΄. Καὶ ἐὰν ἀπὸ ἴσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, τὰ καταλειπόμενά ἐστιν ἴσα.

Playfair. observat, hoc axioma supplere apud Euclidem defectum definitionis rectae, quae certe haud perspicua sit, nec usquam adhibeatur, quum hoc potius axiomate demonstrationes, quae huc pertineant, nitantur.

AXIOMATA.

Axiomata, quae et *κοιναὶ ἔννοιαι*, *communes notiones*, vocantur, quod, ut Savilius ait, omnium mentibus quasi insita et innata sit eorum notitia, nulla egere demonstratione diximus, vel ita perspicua esse debere, ut nemo, qui verborum sensum intellexerit, de veritate asserti dubitare possit. Neque tamen propterea, monente Barrowio Lect. Mathem. Lect. VII. p. 115. putandum est, ea simpliciter ἀναπόδεικτα esse, omninoque demonstrari non posse. „Sic enim, Barrov. addit, paucissima vel nulla cuiuslibet particularis scientiae pronunciata possent haberi vel appellari principia. Eo enim propendeo, ut existimem, praeter unicum illud omnis ratiocinii fundamentum: *contradictoriae propositiones nequeunt esse simul verae vel simul falsae*, nullum aliud dari simpliciter indemonstrabile axioma. Saltem particularium scientiarum principia nedum possunt, at etiam debent, si poscat discipulus, a magistro demonstrari. Tenetur enim, sua munia si probe exequi velit, et nomen suum implere, scientiae praemonstrator omnem a studioso rationabilem (ita cum barbaris loqui liceat) scrupulum eximere; ergo sua, quae adsumit, principia, si obscura sint, exemplis illustrare, si dubia,

NOTIONES COMMUNES, SEU AXIOMATA.

1. Quae eidem aequalia, et inter se sunt aequalia.

2. Et si aequalibus aequalia addantur, tota sunt aequalia.

3. Et si ab aequalibus aequalia auferantur, reliqua sunt aequalia.

confirmare debet (ut res fere et subiecta materia patietur) ex aliis notioribus et magis indubitatis principiis ad ipsa usque omnium prima principia, si opus sit, idque petet studiosus, discursum promovendo. Sin nulla compareant talia, veritatem axiomatum geometricorum ostendet per definitiones terminorum; ut si quis ambigat de eo, an totum sua parte sit maius; si nullum reperiatur in metaphysicis theorema vel axioma certius, evidentius, simplicius illo, per quod ostendatur, recurrendum est ad definitiones totius et partis, maioris ac minoris, e quibus recte positis haud difficile fuerit illud axioma demonstrare. Pariterque se res habet in reliquis." Quamvis igitur Euclidis axiomata, quae omnia defectui definitionum accuratarum, notionum simplicium aequalitatis, inaequalitatis, lineae rectae etc. supplendo destinatae esse censendae sunt (conf. Wolf. de methodo mathem. brevis commentatio Elem. Mathem. Tom. 1. p. 7.) eam evidentiam habere videantur, ut in iis acquiescere possimus, nec ulteriorem demonstrationem requiramus, reprehendendi tamen non sunt, qui subtilius omnia rimati ad simpliciora adhuc principia progredi tentarunt, quin probandi, si reapse simpliciora atque evidentiora sint principia, quibus suas demonstrationes superstruunt. Ita Proclus refert, Apollonium primum Euclidis axioma: *Quae eidem aequalia sunt, aequalia sunt inter se*, demonstrare conatum esse, sumto 1) ea, quae eundem locum occupent, inter se aequalia esse, 2) quae eundem locum occupent, et aliquid tertium, inter se eundem locum occupare. Haec ipsa tamen supposita Euclideis haud certiora, forte etiam *δ'. Καὶ ἐὰν ἀνίσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἄνισα.*

ε'. Καὶ ἐὰν ἀπὸ ἀνίσων ἴσα ἀφαιρεθῇ, τὰ λοιπά ἐστιν ἄνισα.

obscuriora esse, nec in omnes omnis generis quantitates quadrare monuerunt Proclus et Savilius. Sano tamen sensu Apollonii enunciatum sumi, atque ita reliqua fere omnia Euclidis axiomata ex axiomate 8. derivari posse, iure existimat Austin. p. 8. et Hauber. Chrest. Geometr. p. 130. Generatim etiam certum est, axiomata, quae Euclides habet, alia ab aliis pendere, ita ut, sumto uno, legitima demonstratione inde deduci possit alterum, v. c. sextum e primo (cf. Schwab. Commentat. in prim. Elem. Euclidis librum §. 32. et alibi, et Pfleiderer. in Hauberi Chrestom. Geom. p. 289. sqq. Garz. allgemeine Grössenlehre Halle 1820. p. 13. sqq.) ac 7. prima axiomata aliquanto generalius ac brevius ita efferri posse: *Aequalia si aequales variationes subeant, aequalia erunt, quae inde nascentur. Aequalia autem si inaequales, aut inaequalia si aequales variationes subeant, inaequalia inde nascentur.* Distinctius autem et scopo Euclidis accommodatius erat, singulas, quae in censum veniunt, variationes nominatim ac a reliquis separatim recensere. Axiomati 5. addi poterat, ut Clavius monet, aliud ei simile axioma: *Si ab aequalibus auferantur inaequalia, reliqua sunt inaequalia.* Pari ratione axiomati 4. aliud simile addere nihil attinet. Facile enim patet, si quis dixerit: si aequalibus inaequalia addantur, tota esse inaequalia, idem illum dicere, quod in axiomate 4. enunciatur. Sextum etiam et septimum axioma generalius admittunt enunciatum in hunc fere modum: *Quorum aeque multipla aut aeque submultipla aequalia sunt, sunt inter se aequalia.* At Euclidis scopo sufficiebant dupla et dimidia. Ad axioma 8. monet Savilius, distinxisse Geometras inter *ἐφαρμόζειν* et *ἐφαρμόζεσθαι.* Illud nempe dici de superpositis, quae perfecte congruant, hoc de superpositis, quae quoque modo coaptentur, id quod ex demonstratione Lib. I. prop. 4. patere arbitratur. Ipse tamen fatetur,

4. Et si inaequalibus aequalia addantur, tota sunt inaequalia.

5. Et si ab inaequalibus aequalia auferantur, reliqua sunt inaequalia.

in Lib. I. prop. 8. id discrimen haud ita accurate observari, nisi forte incuria librariorum ἐφαρμοζομένης positum sit pro ἐφαρμοσάσης. Caeterum huius axiomatis ad sequentia applicationes supponunt, tanquam ex communi notione superficiei planae notum, planum ita posse plano applicari, ut secundum omnem suam extensionem cum illo coincidat. (Pfleiderer. in Hauberi Chrest. Geom. p. 293.) Conversam quoque huius axiomatis veram esse, ait Clavius, in quo tamen Savilio monente errat. Vera nempe est conversa, si de lineis rectis et angulis rectilineis sermo sit, at non de aliis quibuscunque quantitatibus, nisi forte etiam hic distinguere velis inter ἐφαρμόζειν et ἐφαρμόζεσθαι. Tum dicere possis: Quae inter se aequalia sunt, sibi quoquo modo coaptari possunt (ἐφαρμόζονται) at non semper perfecte congruunt (ἐφαρμόζουσι). Verum etiam ita propositio erit non perfecte conversa axiomatis 8. Rectas autem omnes inter se aequales etiam sibi mutuo congruere, idemque de angulis rectilineis valere, in sequentibus, praesertim 4. et 8. libri I. supponitur, et demonstrari etiam potest, dummodo postulatum 6. in nostra editione, nempe duas rectas spatium non includere pro axiomate sumas, atque ita demonstravit Savilius p. 152.

In axiom. 9. addi potest monente Savilio: *Totum aequale est omnibus suis partibus simul sumtis.* Apud Barrovium et Clavium (qui etiam nonnullis praecedentibus axiomatibus aliqua consectaria per se perspicua addit) post axioma 9. inseruntur duo alia huius sententiae:

10. a. *Duae rectae segmentum commune non habent.* Hoc axioma certe in l. XI. prop. 1. supponi videtur. Rob. Simson. quidem monet, ex l. I. prop. 11. illud derivari posse. At, si id quoque concedatur, de quo tamen ambigi posse videtur, idem tamen axioma, quod caeterum ex Maieri definitione

ϛ′. Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ διπλάσια, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

ζ′. Καὶ τὰ τοῦ αὐτοῦ ἡμίση, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

ή. Καὶ τὰ ἐφαρμόζοντα ἐπ᾽ ἄλληλα, ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

ϑ′. Καὶ τὸ ὅλον τοῦ μέρους μεῖζόν ἐστιν.

lineae rectae consequi supra diximus, iam in accuratiore demonstratione l. I. prop. 1. supponitur (vid. Proclus p. 59. et Savil. ad prop. 1. p. 173.), pariterque in demonstratione I. 4. et I. 8. monente Pfleiderero Thes. inaugur. 1787. Thes. 4. unde rectius hoc assertum pro axiomate sumseris.

11. a. *Duae rectae in uno puncto concurrentes, si producantur ambae, necessario se mutuo in eo puncto secabunt.* Quo vix opus esse videtur. Nostra deinde postul. 4. 5. 6. vel axiom. 10. 11. 12. sunt apud Clavium 12. 13. 14. Alia quaedam axiomata Clavius, Henrion., Barrow., Baermann. aliique addidere, quibus tamen nos facile carituros putem. At forte non inepte addi possunt ea, quae sequuntur:

Ax. 13. *Recta, cuius pars intra spatium limitibus undequaque circumscriptum i. e. intra figuram aliquam sita est (vel quae in plano figurae per punctum aliquod intra figuram ducitur) ex utraque parte producta figuram istam in duobus minimum punctis secabit.*

Ax. 14. *Duae figurae, in eodem plano descriptae, quarum una punctum aliquod intra alteram, aliud autem punctum extra eam situm habet, necessario se invicem secabunt.*

Ax. 15. *Si a puncto ex una parte rectae alicuius infinitae sito ad punctum ex altera parte situm ducatur recta aliqua, duae hae rectae necessario se in puncto aliquo secabunt.*

(Pfleiderer. in Hauberi Chrestom. Geom. p. 295. sq. et Lorenz. erster Cursus der reinen Mathem. Geometr. §.

6. Et quae eiusdem duplicia, aequalia inter se sunt.

7. Et quae eiusdem dimidia, aequalia inter se sunt.

8. Et quae congruunt inter se, aequalia inter se sunt.

9. Et totum parte maius est.

24. sqq.) Caeterum ut supra iam monuimus, fuerunt a Rami inde temporibus, qui plura alia, quae in sequentibus demonstrantur, adeo clara et facilia esse putarent, ut in axiomatum et postulatorum numerum referri possint. At methodus mathematica, ut Barrov. monet l. c. p. 66. strictissimam principiorum paucitatem affectat, vel potius efflictim deperit. Neque tamen negandum est, „multo plura esse, ut Savilius ait p. 156. (et iam ante eum Campanus monuit ad finem axiomatum) quibus passim et Euclides ipse et alii Geometrae inter demonstrandum utantur, quae tamen omnia a praemissis principiis, vel a logica naturali fere originem habent, qualia sunt: contradicentium perpetuo unum esse verum, aliud falsum, ex quo et illud oritur, duas magnitudines homogeneas, itemque angulos aut esse inter se aequales, aut inaequales, et, si inaequales, alteram esse maiorem, alteram minorem. Item principium illud logicum, illud esse falsum, ex quo per necessariam consequentiam falsum sequatur, quum ex veris nil nisi verum, ex quo pendet tota vis ἀπαγωγῆς, hoc est, demonstrationis per impossibile. Et eiusmodi quidem axiomatum et aliorum generum plura sunt exempla, quorum numerum inire difficile, quae inter demonstrandum non animadvertentibus etiam occurrunt, quae seorsim adnotare studiosis inter legendum commodum foret.“ Leges tamen rigorosae methodi an id permittant, dubitari possit, monente Pfleiderero in Hauberi Chrestom. Geometr. p. 288.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ α΄.

Ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι.

Ἔκθεσις. Ἔστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα [1]) πεπερασμένη ἡ ΑΒ.

Προσδιορισμός. Δεῖ δὴ ἐπὶ τῆς ΑΒ εὐθείας πεπερασμένης [2]) τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι.

1. εὐθεῖα omitt. edd. Basil. et Oxon.
2. πεπερασμένης omitt. edd. Bas. et Oxon.

PROPOSITIO I.

(Observ. Problema continet haec propositio. Differunt autem problemata ac theoremata inter se eodem modo atque ex Gemini sententia postulata et axiomata. Caeterum Euclides utrumque communi nomine πρότασις comprehendit, et potest sane, quod et Savilius ex parte monet, facile unum genus in aliud converti. Sub finem tamen Euclides semper ea distinguit solemnibus verbis: ὅπερ ἔδει ποιῆσαι, vel ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Problemata pariter ac theoremata plures partes habent. Et veteres quidem in illis, si omni numero absoluta sint, inesse dixerunt πρότασιν, ἔκθεσιν, διορισμὸν, κατασκευὴν, ἀπόδειξιν, συμπέρασμα. Πρότασις est ipsa propositio, quae in problemate datum et quaesitum, in theoremate pariter datum aut suppositum, et id, quod demonstrari oportet, complectitur. Ita nostrum problema postulat, super datam rectam terminatam triangulum aequilaterum constituere. Ἔκθεσις id, quod universaliter *datum* esse dictum erat, ad singulares schematum lineas applicat, et nonnunquam explanat v. c. hic: Sit data linea *AB*. Διορισμὸς simili ratione *quaesitum* in certo aliquo exemplo ad oculos ponit. Κατασκευὴ ea, quae facienda proponebantur, efficere docet, cui subiungunt nonnulli alterum διορισμὸν, quo enunciatur, ea, quae fieri debeant, in proposito exemplo facta esse. Ἀπόδειξις id demonstrat, ac συμπέρασμα inde concludit, quae in problemate fieri iussa erant, iam reapse facta esse. Et similiter fere res se habet in theo-

PROPOSITIO I. (Fig. 1.)

Super datam rectam terminatam triangulum aequilaterum constituere.

Expositio. Sit data recta terminata *AB*.

Determinatio. Oportet igitur super *AB* rectam terminatam triangulum aequilaterum constituere.

rematibus. Non tamen omnes hae partes expresse enunciantur. In pluribus Mss. etiam in hac propositione hae voces desunt. Quin VV. DD. de Lambre et Prony in Praefatione, Euclidi a Peyrardo edito praeposita, istas denominationes meras commentatoris nugas esse (une pédanterie de commentateur) pronuntiaverunt. Aliter tamen de ea re iudicat Savilius, qui has propositionis partes fusius explanat. Vide Hauberi Chrestom. Geom. p. 168. sqq. Nobis sufficiat eas semel exempli causa protulisse. Propositio, Demonstratio ac Conclusio nunquam deesse possunt. Cf. Savilius. Ad propositionis enunciatum quod attinet, *Datum* quid sit, alii aliter exposuere, ut videre est in iis, quae Procli Scholiis subiuncta sunt in Editione Basileensi 1533. Hic sufficiet intelligere rectam, quae reapse exhibita et ob oculos nobis posita est. Caeterum Euclides, quum in Elementis id tantum propositum sibi haberet, ut doceret tirones, qua ratione obtineri possit problematum propositorum solutio, contentus fuit, more didactico solutionem proponere, eiusque demonstrationem exhibere, i. e. *Synthesi* tantum usus est; at, qui primus problemata illa sibi proponebat, sive Euclides ille fuerit, sive alius quis, *Analysin* aliquam, sive methodum heuristicam adhibere necesse habebat. Et sane longum fuerit et saepe perdifficile, tirones nulla ante scientia mathematica imbutos semper ope Analyseos ad prima artis principia reducere (sed ad haec usque in Analysi recedendum foret, quoad nihil adhuc cognitum aut aliunde demonstratum sumere liceret): sufficere videtur docere, quid, et qua quid ratione effici possit: itaque Synthesis Euclidis

Κατασκευή. Κέντρῳ μὲν τῷ A, διαστήματι δὲ τῷ AB, κύκλος γεγράφθω ὁ $B\Gamma\Delta$· καὶ πάλιν, κέντρῳ μὲν τῷ B, διαστήματι δὲ τῷ BA, κύκλος γεγράφθω ὁ $A\Gamma E$· καὶ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου, καθ' ὃ τέμνουσιν ἀλλήλους οἱ κύκλοι, ἐπὶ τὰ A, B σημεῖα ἐπεζεύχθωσαν εὐθεῖαι αἱ ΓA, ΓB.

Ἀπόδειξις. Καὶ ἐπεὶ τὸ A σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ $B\Gamma\Delta$ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ $A\Gamma$ τῇ AB· πάλιν, ἐπεὶ τὸ B σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ $A\Gamma E$ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ $B\Gamma$ τῇ BA. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΓA τῇ AB ἴση· ἑκατέρα ἄρα τῶν ΓA, ΓB τῇ AB ἐστὶν ἴση. Τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· καὶ ἡ ΓA ἄρα τῇ ΓB ἴση ἐστίν· αἱ τρεῖς ἄρα αἱ ΓA, AB, $B\Gamma$ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν.

scopo sufficere putanda est. Conf. Scarburgh. p. 49. Vide tamen Analysin Pfleidereri in Hauberi Chrestom. Geom. p. 299.) At in ipsa tamen compositione nostri huius problematis atque eius demonstratione id forte quis desideraverit, quod Euclides non docuerit, circulos, quos describi iubet, se invicem secare, adeoque in potestate semper esse problematis solutionem. Van Swinden. (Anfangsgr. der Meſskunde. Jena 1797. p. 22.) id pro axiomate sumit. In usum vocatis iis axiomatibus, quae reliquis addi posse supra vidimus, hac ratione demonstrari id omnino poterit. Quum (Fig. 1.) circulus, quem A vocabimus, centro A, radio AB descriptus sit, patet, punctum A esse intra circulum A, punctum B autem in ipsa circumfererentia circuli A positum. Hinc, quae in recta AB ultra B producta sumuntur puncta, v. c. E, necessario extra circulum A sita erunt. Si enim neges, puncta ut E vel in circumferentia circuli A, vel intra circulum A sita sint, necesse est. Priore casu foret $AE=AB$, posteriore $AE<AB$. At, quum E in AB ultra B producta esse su-

Constructio. Centro quidem A, intervallo autem AB, circulus describatur $B\Gamma\Delta$ (Post. 3.); et rursus, centro quidem B, intervallo autem BA, circulus describatur $A\Gamma E$ (Post. 3.); et a puncto Γ, in quo sese secant circuli, ad puncta A, B adiungantur rectae ΓA, ΓB (Post. 1.).

Demonstratio. Et quoniam A punctum centrum est $B\Gamma\Delta$ circuli, aequalis est $A\Gamma$ rectae AB (Def. 15.); rursus, quoniam B punctum centrum est $A\Gamma E$ circuli, aequalis est $B\Gamma$ rectae BA (Def. 15.). Ostensa est autem et ΓA rectae AB aequalis; utraque igitur ipsarum ΓA, ΓB rectae AB aequalis est. Quae autem eidem aequalia, et inter se sunt aequalia (Ax. 1.); et ΓA igitur rectae ΓB est aequalis; tres igitur ΓA, AB, $B\Gamma$ aequales inter se sunt.

matur, erit etiam utroque casu $AB > AB$, quod est absurdum. Ergo puncta E in AB producta sumta erunt extra circulum A. Descriptus deinde alter circulus, quem B vocabimus, ex centro B, radio AB, ex una parte puncti B rectam AB secabit in puncto A, atque ex altera parte in puncto aliquo E sito in AB ultra B producta, i. e. extra circulum A. Quum igitur circuli B punctum aliquod A intra circulum A, aliud autem eiusdem circuli B punctum E extra circulum A situm sit, duo hi circuli necessario se invicem secabunt (Ax. 14.) in puncto aliquo Γ. Cf. Wolf. Elem. Geometr. §. 197. Caeterum quum non tantum figurae $\Delta\Gamma B$, $A\Gamma E$, verum etiam $\Delta\gamma B$, $A\gamma E$ sint limitibus undequaque circumscriptae, patet, duos hos circulos tam supra quam infra AB in punctis Γ et γ se invicem secare, adeoque duplicem dari problematis solutionem, dum tam triangulum $A\gamma B$, quam $A\Gamma B$ quaesiti trianguli locum habere possit. An forte plures adhuc solutiones locum habere possint, hic nondum definiri poterit, dum ostensum fuerit, circulos in pluribus quam duobus punctis se non secare. Cf.

Συμπέρασμα. Ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ *ΑΒΓ* τρίγωνον, καὶ συνίσταται ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας πεπερασμένης τῆς *ΑΒ*. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

Πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ ἴσην εὐθεῖαν θέσθαι.

Ἔστω τὸ μὲν δοθὲν σημεῖον τὸ *Α*, ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ *ΒΓ*· δεῖ δὴ πρὸς τῷ *Α* σημείῳ, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ *ΒΓ* ἴσην εὐθεῖαν θέσθαι.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ *Α* σημείου ἐπὶ τὸ *Β* σημεῖον εὐθεῖα ἡ *ΑΒ*, καὶ συνεστάτω ἐπ' αὐτῆς τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ *ΔΑΒ*, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν ἐπ' εὐθείας ταῖς *ΔΑ*, *ΔΒ*. εὐθεῖαι αἱ *ΑΕ*, *ΒΖ*, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ *Β*, διαστήματι δὲ τῷ *ΒΓ*, κύκλος γεγράφθω ὁ *ΓΗΘ*· καὶ πάλιν, κέντρῳ τῷ *Δ*, καὶ διαστήματι τῷ *ΔΗ*, κύκλος γεγράφθω ὁ *ΗΚΛ*.

infra Prop. VII. Cor. 2. Ramus monet, esse manifestam hysterologiam in Euclide, quod hoc speciale problema praemittat, nec statim generale illud, quod I. 22. habetur, tractet. Quasi vero eae, quae I. 22. praecedunt, propositiones, quae et ad stabiliendam I. 22. faciunt, hanc ipsam I. 1. non supponant, aut sine ea rite demonstrari possint! Caeterum, quod Proclo p. 59. referente, Zeno Sidonius monuit, in demonstratione tacite sumitur, rectas *ΑΓ*, *ΒΓ* ad punctum *Γ*, in quo conveniunt, segmentum commune non habere, unde apparet necessitas id pro axiomate sumendi. Cf. notata ad Defin. 4. et ad Ax. 10. a.

PROPOSITIO II.

Obs. Facile patet, varios esse huius problematis casus, prout punctum *Α* vel in recta *ΒΓ* ipsa aut producta, aut extra eam situm sit, quos plenius enumerat Proclus. Quum

Conclusio. Aequilaterum igitur est $AB\Gamma$ triangulum (Def. 24.), et constitutum est super datam rectam terminatam AB. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO II. (Fig. 2.)

Ad datum punctum, datae rectae aequalem rectam ponere.

Sit quidem datum punctum A, data autem recta $B\Gamma$; oportet igitur ad A punctum, datae rectae $B\Gamma$ aequalem rectam ponere.

Adiungatur ab A puncto ad B punctum recta AB (Post. 1.), et constituatur super eam triangulum aequilaterum ΔAB (Prop. 1.), et producantur in directum ipsis ΔA, ΔB rectae AE, BZ (Post. 2.), et centro quidem B, intervallo vero $B\Gamma$, circulus describatur $\Gamma H\Theta$ (Post. 3.); et rursus centro Δ, et intervallo ΔH circulus describatur $HK\Lambda$ (Post. 3.).

autem exposito casu, qui in nostra figura est, reliqui nihil habeant difficultatis, supersedere liceat eorum expositione. Forte autem miretur aliquis, et reapse mirati sunt tum veteres, quos Proclus ait simpliciorem problematis constructionem adfectasse, tum Ramus aliique, Euclidem his ambagibus uti, ut ad punctum datum A rectam aliquam $A\Lambda$ ponat, datae rectae $B\Gamma$ aequalem. Poterat enim brevius dicere: Ducatur ex A recta quaecunque AE, ac descripto (Post. 3.) centro A, intervallo $B\Gamma$, circulo, abscindatur $A\Lambda$, quae proinde aequalis erit rectae $B\Gamma$. Poterat sine dubio Euclides ita rem omnem absolvere. At, ut Proclus ait, hoc nihil aliud foret, quam mera petitio principii. Nam qui petit, ut ad A describatur circulus intervallo $B\Gamma$, petit ut ad A ponatur linea rectae $B\Gamma$ aequalis, quod fuit demonstrandum nec petendum. Nec postulatum tertium ita intelligendum est, quasi liceret alibi centrum, alibi intervallum circuli accipere, ut ad Post. 3.

Ἐπεὶ οὖν τὸ Β σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΓΗΘ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΒΓ τῇ ΒΗ. Πάλιν, ἐπεὶ τὸ Δ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΗΚΛ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΔΛ τῇ ΔΗ, ὧν ἡ ΔΑ τῇ ΔΒ ἴση ἐστίν· λοιπὴ ἄρα ἡ ΑΛ λοιπῇ τῇ ΒΗ ἐστὶν ἴση. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΒΓ τῇ ΒΗ ἴση· ἑκατέρα ἄρα τῶν ΑΛ, ΒΓ τῇ ΒΗ ἐστὶν ἴση. Τὰ δὲ τῷ αὐτῷ ἴσα, καὶ ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα· καὶ ἡ ΑΛ ἄρα τῇ ΒΓ ἐστὶν ἴση.

Πρὸς ἄρα τῷ δοθέντι σημείῳ τῷ Α, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΒΓ ἴση εὐθεῖα κεῖται ἡ ΑΛ. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γʹ.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων, ἀπὸ τῆς μείζονος τῇ ἐλάσσονι ἴσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν.

monet Savilius. Praeterea, hac constructione sumta, ad demonstrandam rectarum *ΑΛ*, *ΒΓ* aequalitatem, utraque dicenda erat aequalis esse intervallo, quo puncta extrema crurum circini, cuius ope circulus centro *Δ* descriptus fuit, inter se distabant. Hoc circini crurum intervallum quum in figura haud ob oculos positum sit, exactissimo geometrae sine dubio minus aptum visum fuit ad rem per se simplicissimam demonstrandam. Malebat ostendere, rectam *ΑΛ* pariter ac *ΒΓ* rectae *ΒΗ* ob oculos positae aequalem, adeoque duas *ΑΛ*, *ΒΓ* inter se esse aequales. Reapse etiam apertura circini, dum a puncto *Β* ad *Α* transfertur, variationibus obnoxia est haud detegendis, nisi descriptis, quos Euclides describere iubet, integris circulis. Nec instrumentorum fide niti debet demonstratio. Monenda haec duxi, quo certius sub initium statim operis tirones *ἀκρίβειαν* summi viri observent. His addo, quae Savilius de hac re habet p. 179. „Observent

Quoniam igitur punctum B centrum est circuli $\Gamma H\Theta$, aequalis est $B\Gamma$ rectae BH (Def. 15.). Rursus, quoniam punctum Δ centrum est circuli $HK\Lambda$, aequalis est $\Delta\Lambda$ rectae ΔH (Def. 15.), quarum ΔA rectae ΔB aequalis est; reliqua igitur $A\Lambda$ reliquae BH est aequalis (Ax. 3.). Ostensa est autem et $B\Gamma$ rectae BH aequalis; utraque igitur ipsarum $A\Lambda$, $B\Gamma$ rectae BH est aequalis. Quae autem eidem aequalia, et inter se sunt aequalia (Ax. 1.); et $A\Lambda$ igitur rectae $B\Gamma$ est aequalis.

Ad datum igitur punctum A, datae rectae $B\Gamma$ aequalis recta ponitur $A\Lambda$. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO III. (Fig. 3.)

Duobus datis rectis inaequalibus, a maiore rectam minori aequalem auferre.

studiosi, si placet, differentiam magnam in hac parte inter problema et theorema. In problemate, ubi quasi manualis operatio requiritur (quamvis etiam ipsa Euclidis et geometrarum problemata a mechanica structura et fabrica abesse longissime, et non tam manus quam mentis opera absolvi ex Platonis sententia dixisset idem Savilius p. 162.), traiectio linearum ad alium atque alium situm et positionem admitti non potest: potest in theoremate, ubi nullum opus exigitur, per imaginationem tralici linea aut figura a suo loco et superponi alteri lineae vel figurae, ut in quarta propositione fit. Nam, quia in theoremate nihil aliud quaeritur, quam verum et falsum neque quicquam est falsum in illa traiectione, quae per solam imaginationem ad ostendendam conclusionis veritatem fit, et non quasi per fabricam manualem, aut ministerium aliquod problematicum, recepta est iure merito in theoremate traiectio illa imaginaria, quae in problemate esset vitiosissima.“

Ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι ἄνισοι αἱ *ΑΒ*, *Γ*, ὧν μείζων ἔστω ἡ *ΑΒ*· δεῖ δὴ ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς *ΑΒ* τῇ ἐλάσσονι τῇ *Γ* ἴσην εὐθεῖαν ἀφελεῖν.

Κείσθω [1]) πρὸς τῷ *Α* σημείῳ τῇ *Γ* εὐθείᾳ ἴση ἡ *ΑΔ*· καὶ κέντρῳ μὲν τῷ *Α*, διαστήματι δὲ τῷ *ΑΔ*, κύκλος γεγράφθω ὁ *ΔΕΖ*.

Καὶ ἐπεὶ τὸ *Α* σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ *ΔΕΖ* κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ *ΑΕ* τῇ *ΑΔ*· ἀλλὰ καὶ ἡ *Γ* τῇ *ΑΔ* ἐστὶν ἴση· Ἑκατέρα ἄρα τῶν *ΑΕ*, *Γ* τῇ *ΑΔ* ἐστὶν ἴση. ὥςτε καὶ ἡ *ΑΕ* τῇ *Γ* ἐστὶν ἴση.

Δύο ἄρα δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων τῶν *ΑΒ*, *Γ*, ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς *ΑΒ* τῇ ἐλάσσονι τῇ *Γ* ἴση ἀφῄρηται ἡ *ΑΕ*. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ'.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην· καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἕξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν.

1) Peyrardus ex Cod. 190. vel a. addit γάρ, quòd edd. Basil. et Oxon. recte omittere videntur, nisi vocem γὰρ eo sensu sumere velis, quem etiam nonnunquam habet, ut significet *nempe*, *scilicet*. Cf. Prop. 9—12. huius libri cum I. 10., I. 11. Constructio problematis I. 2. tamen pariter ab initio habet γάρ, pariterque II. 11. Haec talia utrum ponere an omittere velis, haud sane multum refert.

PROPOSITIO III.

Obs. Duo potissimum casus distingui possunt, prout duae rectae idem punctum extremum habeant, aut non. Reliquis

Sint datae duae rectae inaequales AB, Γ, quarum maior sit AB; oportet igitur a maiore AB rectam minori Γ aequalem auferre.

Ponatur ad punctum A rectae Γ aequalis $A\Delta$ (Prop. 2.); et centro quidem A, intervallo vero $A\Delta$, circulus describatur ΔEZ (Post. 3.).

Et quoniam A punctum centrum est circuli ΔEZ, aequalis est AE rectae $A\Delta$ (Def. 15.); sed et Γ eidem $A\Delta$ est aequalis; utraque igitur ipsarum AE, Γ rectae $A\Delta$ est aequalis; quare et AE est aequalis rectae Γ (Ax. 1.).

Duabus igitur datis rectis inaequalibus AB, Γ, a maiore AB minori Γ aequalis ablata est AE. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO IV. (Fig. 4.)

Si duo triangula duo latera duobus lateribus aequalia habeant, utrumque utrique, et angulum angulo aequalem habeant, ab aequalibus rectis contentum; et basin basi aequalem habebunt, et triangulum triangulo aequale erit, et reliqui anguli reliquis angulis aequales erunt, alter alteri, quos aequalia latera subtendunt.

casibus similibus iis, quos ad Prop. 2. diximus, immorari nihil attinet.

PROPOSITIO IV.

Obs. Haec propositio prima est, in qua principium congruentiae sive Ax. 8., eiusque conversa, quatenus conversam habet, adhibetur. Non quidem defuere, qui hoc demonstrationis genus repudiarent, quod minus geometricum sit, et mechanici aliquid sapiat, triangulumque assumat cum motu et ad aliam

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ $AB\Gamma$, ΔEZ, τὰς δύο πλευρὰς τὰς AB, $A\Gamma$ ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς ΔE, ΔZ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν AB τῇ ΔE, τὴν δὲ $A\Gamma$ τῇ ΔZ, καὶ γωνίαν τὴν ὑπὸ $BA\Gamma$ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ $E\Delta Z$ ἴσην· λέγω, ὅτι καὶ βάσις ἡ $B\Gamma$ βάσει τῇ EZ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ $AB\Gamma$ τρίγωνον τῷ ΔEZ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν, ἡ μὲν ὑπὸ $AB\Gamma$ τῇ ὑπὸ ΔEZ, ἡ δὲ ὑπὸ $A\Gamma B$ τῇ ὑπὸ ΔZE.

Ἐφαρμοζομένου γὰρ τοῦ $AB\Gamma$ τριγώνου ἐπὶ τὸ ΔEZ τρίγωνον, καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν A σημείου ἐπὶ τὸ Δ σημεῖον, τῆς δὲ AB εὐθείας ἐπὶ τὴν ΔE, ἐφαρμόσει καὶ τὸ B σημεῖον ἐπὶ τὸ E, διὰ τὸ ἴσην

positionem translatum. Et iam Proclus ait p. 66. hanc ἐφαρμογὴν sensibili inniti notioni, τῆς αἰσθητῆς καὶ ἐναργοῦς ἔχεσθαι ὑπολήψεως. Pariter congruentiae illud principium reiecere Flussas Candalla, Peletarius, Thomas Simpson., qui superpositionem unius figurae super alteram mere mechanicam (a mechanical consideration) esse dicit (Elem. of Geometry. London 1800. p. 255.), aliique. At iure his dudum regessere Clavius, Savilius, Scarburgh., Playfair., aliique, non manu sed mente tantum fieri illas figurarum superpositiones, nec nisi a notione aequalitatis pendere. Cf. quae e Savilio ad Prop. 2. attulimus. Scite Wallisius ait (Oper. Mathem. T. II. p. 668.: „Si ita sint comparati circulus arcticus et antarcticus, ut si centrum centro accommodari intelligatur, et planum plano, reliqua congruerent puncta; erunt illi (per ἐφαρμογὴν) aequales, utut alter alteri non admoveatur, sed toto coelo distent.“ Playfair. tamen iniustis his cavillationibus eo usque concedit, ut novum axioma sumi posse dicat, huius sententiae: Si duae sint rectae lineae, atque super una earum constituta sit figura quaecunque, super alteram semper constitui

Sint duo triangula $AB\Gamma$, ΔEZ, duo latera AB, $A\Gamma$ duobus lateribus ΔE, ΔZ aequalia habentia, utrumque utrique, nempe latus AB lateri ΔE, latus $A\Gamma$ vero lateri ΔZ, et angulum $BA\Gamma$ angulo $E\Delta Z$ aequalem; dico et basin $B\Gamma$ basi EZ aequalem esse, et triangulum $AB\Gamma$ triangulo ΔEZ aequale fore, et reliquos angulos reliquis angulis aequales fore, alterum alteri, quos aequalia latera subtendunt, angulum nempe $AB\Gamma$ angulo ΔEZ, angulum $A\Gamma B$ vero angulo ΔZE.

Congruente enim triangulo $AB\Gamma$ triangulo ΔEZ, et posito quidem puncto A super punctum Δ, AB vero recta super ΔE; congruet et punctum B ipsi E, quia est aequalis AB ipsi ΔE; congruente autem AB

posse figuram alteri aequalem, e quo deinde omnia derivari possint, quae vulgo per superpositionem demonstrentur. At dubito, an hac nimia erga obtrectatores liberalitate status controversiae multum mutatus sit. Alteram enim illam in axiomate sumtam priori aequalem figuram clamabunt illi, nihil aliud esse, quam pariter figurae in alium locum translationem. Rectius tamen ille ac Thom. Simpson., qui ne superpositione opus haberet, mavult propositionem hanc quartam inter Axiomata referre. In theorematibus itaque intacta maneat illa linearum et figurarum mente tantum concepta translatio, sine qua simplicissimarum propositionum vix tolerabilis dari posset demonstratio. Caeterum omnes huius propositionis partes diligentissime explicavit Savilius, cuius observationes legere possis etiam in Hauberi Chrest. geometr. p. 181. Huic propositioni sequens addi potest corollarium: Si duo triangula unum quidem angulum utrimque aequalem habeant, et e rectis etiam hunc angulum comprehendentibus una prioris trianguli aequalis sit uni posterioris, altera autem prioris trianguli maior sit altera posterioris, erunt etiam triangula ista inaequalia, et prius qui-εἶναι τὴν ΑΒ τῇ ΔΕ· ἐφαρμοσάσης δὲ τῆς ΑΒ ἐπὶ τὴν ΔΕ, ἐφαρμόσει καὶ ἡ ΑΓ εὐθεῖα ἐπὶ τὴν ΔΖ, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ὑπὸ ΒΑΓ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΕΔΖ· ὥςτε καὶ τὸ Γ σημεῖον ἐπὶ τὸ Ζ σημεῖον ἐφαρμόσει, διὰ τὸ ἴσην πάλιν εἶναι τὴν ΑΓ τῇ ΔΖ. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ Β ἐπὶ τὸ Ε ἐφηρμόκει, ὥςτε βάσις ἡ ΒΓ ἐπὶ βάσιν τὴν ΕΖ ἐφαρμόσει· εἰ γὰρ τοῦ μὲν Β ἐπὶ τὸ Ε ἐφαρμόσαντος, τοῦ δὲ Γ ἐπὶ τὸ Ζ, ἡ ΒΓ βάσις ἐπὶ τὴν ΕΖ οὐκ ἐφαρμόσει, δύο εὐθεῖαι χωρίον περιέξουσιν, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. Ἐφαρμόσει ἄρα ἡ ΒΓ βάσις ἐπὶ τὴν ΕΖ, καὶ ἴση αὐτῇ ἔσται· ὥςτε καὶ ὅλον τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ἐπὶ ὅλον τὸ ΔΕΖ τρίγωνον ἐφαρμόσει, καὶ ἴσον αὐτῷ ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ἐπὶ τὰς λοιπὰς γωνίας ἐφαρμόσουσι, καὶ ἴσαι αὐταῖς ἔσονται, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ, ἡ δὲ ὑπὸ ΑΓΒ τῇ ὑπὸ ΔΖΕ.

Ἐὰν ἄρα δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἔχῃ, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν πε-

dem maius erit. Cf. Pfleiderer. in Haub. Chrest. p. 301. Et multo magis, si utrumque crus angulum illum comprehendens in uno triangulo maius sit, quam in altero, illud etiam triangulum maius erit, quam hoc. — Hac occasione de *Corollariis* universim notari potest, Euclidem ipsum paucissima, aut, ut Austin. putat. p. 15., forte ne ullum quidem addidisse, quod nempe brevitati consuleret, nec nisi iis, quae maxime ad scopum suum facerent, immorari vellet. Commentatores autem, ut qui alium scopum haberent, plura subinde addiderunt, e quibus si potissima seligeremus, lectoribus haud ingratum fore putavimus. Graeci ea *πορίσματα* vocabant, quam vocem tamen diversa nonnunquam significatione adhibere solebant. Erat nempe Porisma, quod et Proclus innuit (τὸ πόρισμα λέγεται ipsi ΔE, congruet et $A\Gamma$ recta ipsi ΔZ, quia aequalis est angulus $BA\Gamma$ ipsi $E\Delta Z$; quare et punctum Γ puncto Z congruet, quia aequalis rursus est $A\Gamma$ ipsi ΔZ. At etiam punctum B puncto E congruebat; quare basis $B\Gamma$ basi EZ congruet; si enim, puncto quidem B ipsi E congruente, puncto autem Γ ipsi Z, basis $B\Gamma$ ipsi EZ non congruat, duae rectae spatium continebunt, quod fieri nequit (Post. 6. vel Ax. 12.). Congruet igitur basis $B\Gamma$ basi EZ, et aequalis ei erit; quare et totum triangulum $AB\Gamma$ toti ΔEZ triangulo congruet, et aequale ei erit, et reliqui anguli reliquis angulis congruent, et aequales eis erunt, angulus nempe $AB\Gamma$ angulo ΔEZ, angulus autem $A\Gamma B$ angulo ΔZE.

Si igitur duo triangula duo latera duobus lateribus aequalia habeant, utrumque utrique, et angulum angulo aequalem habeant, ab aequalibus lateribus contentum; et basin basi aequalem habebunt, et triangu-

καὶ ἐπὶ προβλημάτων τινῶν οἷον τὰ Εὐκλείδει γεγραμμένα πορίσματα) singulare aliquod problematum genus, vel, ut Pappus in Collect. Mathem. Libr. VII. Praef. ait, mediae quasi naturae inter theoremata ac problemata, quod idem etiam Proclus asserit ad I. 15., atque porismata hoc sensu sumta tribus libris exposuerat Euclides, quos temporum iniuria deperditos restituere conatus est Rob. Simson. Alio autem sensu porisma in elementis sumitur, ubi plerumque significat propositiones, quae cum in ipso demonstrationis cursu se ultro offerrent, (*ὅταν ἐκ τῶν ἀποδεδειγμένων ἄλλό τι συναφανῇ θεώρημα, μὴ προθεμένων ἡμῶν*, Proclus ait p. 59.) absoluta demonstratione separatim enunciantur, unde etiam Proclo auctore l. c. porisma nomen accepit, *ὥσπερ τι κέρδος ὂν τῆς ἐπιστημονικῆς δείξεως πάρεργον.*

ριεχομένην· καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην ἕξει, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν. Ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε.

Τῶν ἰσοσκελῶν τριγώνων αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσὶ, καὶ, προσεκβληθεισῶν τῶν ἴσων εὐθειῶν, αἱ ὑπὸ τὴν βάσιν γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται.

Ἔστω τρίγωνον ἰσοσκελὲς τὸ ΑΒΓ, ἴσην ἔχον τὴν ΑΒ πλευρὰν τῇ ΑΓ πλευρᾷ, καὶ προσεκβεβλήσθωσαν ἐπ' εὐθείας ταῖς ΑΒ, ΑΓ εὐθεῖαι αἱ ΒΔ, ΓΕ· λέγω, ὅτι ἡ μὲν ὑπὸ ΑΒΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΓΒ ἴση ἐστὶν, ἡ δὲ ὑπὸ ΓΒΔ τῇ ὑπὸ ΒΓΕ.

Εἰλήφθω γὰρ ἐπὶ τῆς ΒΔ τυχὸν σημεῖον τὸ Ζ, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΕ τῇ ἐλάσσονι τῇ ΑΖ ἴση ἡ ΑΗ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΖΓ, ΗΒ εὐθεῖαι.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΑΖ τῇ ΑΗ, ἡ δὲ ΑΒ τῇ ΑΓ, δύο δὴ αἱ ΖΑ, ΑΓ δυσὶ ταῖς ΗΑ, ΑΒ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνίαν κοινὴν περιέχουσι τὴν ὑπὸ ΖΑΗ· βάσις ἄρα ἡ ΖΓ βάσει τῇ ΗΒ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ΑΖΓ τρίγωνον τῷ ΑΗΒ τρι-

Cf. p. 80. Nos sensu paulo generaliore omnia, quae e demonstratione sponte sine longis demonstrationum ambagibus fluunt, Corollaria aut Consectaria dicere solemus, nonnunquam etiam generalius haec atque alia similia Observationes vocabimus.

PROPOSITIO V.

Obs. 1. Savilius observat, *ἰσοσκελῶν τριγώνων* non de pluribus triangulis aequicruris intelligendum esse, sed idem lum triangulo aequale erit, et reliqui anguli reliquis angulis aequales erunt, uterque utrique, quos aequalia latera subtendunt. Quod oportebat ostendere.

PROPOSITIO V. (Fig. 5.)

Isoscelium triangulorum anguli ad basin aequales inter se sunt; et productis aequalibus rectis, anguli sub basi aequales inter se erunt.

Sit triangulum isosceles $AB\Gamma$, habens latus AB aequale lateri $A\Gamma$, et producantur rectae $B\Delta$, ΓE in directum rectis AB, $A\Gamma$ (Post. 2.); dico angulum $AB\Gamma$ angulo $A\Gamma B$ aequalem esse, $\Gamma B\Delta$ vero ipsi $B\Gamma E$.

Sumatur enim in $B\Delta$ quodlibet punctum Z, et auferatur a maiore AE minori AZ aequalis recta AH (Prop. 3.), et iungantur $Z\Gamma$, HB rectae.

Quoniam igitur AZ aequalis est rectae AH, AB vero rectae $A\Gamma$, duae igitur ZA, $A\Gamma$ duabus HA, AB aequales sunt, utraque utrique, et angulum communem continent ZAH; basis igitur $Z\Gamma$ basi HB aequalis est, et triangulum $AZ\Gamma$ triangulo AHB

esse ac ἑκάστου τριγώνων ἰσοσκελῶν. Aliam huius propositionis demonstrationem Proclo referente Pappus dedit in hunc fere modum: Quodsi hoc unum triangulum aequicrurum $AB\Gamma$ (Fig. 5.) bis positum, adeoque in $\alpha\beta\gamma$ repetitum animo concipiamus, erit non tantum $AB = \alpha\beta$, $A\Gamma = \alpha\gamma$; verum etiam, ob $\alpha\beta = \alpha\gamma$, habebimus quoque (Ax. 1.) $AB = \alpha\gamma$, $A\Gamma = \alpha\beta$. Poterit itaque triangulum $\alpha\beta\gamma$ triangulo $AB\Gamma$ superponi, ita, ut puncta A et γώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν, ἡ μὲν ὑπὸ ΑΓΖ τῇ ὑπὸ ΑΒΗ, ἡ δὲ ὑπὸ ΑΖΓ τῇ ὑπὸ ΑΗΒ. Καὶ ἐπεὶ ὅλη ἡ ΑΖ ὅλῃ τῇ ΑΗ ἐστὶν ἴση, ὧν ἡ ΑΒ τῇ ΑΓ ἐστὶν ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ ΒΖ λοιπῇ τῇ ΓΗ ἐστὶν ἴση. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ΖΓ τῇ ΗΒ ἴση· δύο δὴ αἱ ΒΖ, ΖΓ δυσὶ ταῖς ΓΗ, ΗΒ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΖΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΓΗΒ ἴση, καὶ βάσις αὐτῶν κοινὴ ἡ ΒΓ· καὶ τὸ ΒΖΓ ἄρα τρίγωνον τῷ ΓΗΒ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ ΖΒΓ τῇ ὑπὸ ΗΓΒ, ἡ δὲ ὑπὸ ΒΓΖ τῇ ὑπὸ ΓΒΗ. Ἐπεὶ οὖν ὅλη ἡ ὑπὸ ΑΒΗ γωνία ὅλῃ τῇ ὑπὸ ΑΓΖ γωνίᾳ ἐδείχθη ἴση, ὧν ἡ ὑπὸ ΓΒΗ τῇ ὑπὸ ΒΓΖ ἴση, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΒΓ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΑΓΒ ἐστὶν ἴση, καί εἰσι πρὸς τῇ βάσει τοῦ ΑΒΓ τριγώνου· ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΖΒΓ τῇ ὑπὸ ΗΓΒ ἴση, καί εἰσιν ὑπὸ τὴν βάσιν· τῶν ἄρα ἰσοσκελῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

α, anguli ΒΑΓ, γαβ; rectae ΑΒ, αγ; ΑΓ, αβ, adeoque puncta Β, γ; et Γ, β coincidant; aequalis igitur erit angulus Β angulo γ. At quum angulus γ idem prorsus sit, ac angulus Γ ex hypothesi, erunt (Ax. 1.) anguli Β, Γ aequales. Alii alias dedere demonstrationes, quae tamen omnes, quamvis simplices, Euclideae cedere videntur.

Coroll. Triangula aequilatera sunt etiam aequiangula.

Schol. A Thalete Milesio hoc theorema inventum esse Proclus refert.

Obs. 2. Scarburgh. p. 61. posteriorem huius propositionis partem, qua anguli sub basi aequales esse dicuntur, non aequale erit, et reliqui anguli reliquis angulis aequales erunt, alter alteri, quos aequalia latera subtendunt, $A\Gamma Z$ quidem angulo ABH, $AZ\Gamma$ vero angulo AHB (Prop. 4.). Et quoniam tota AZ toti AH est aequalis, quarum AB rectae $A\Gamma$ est aequalis, reliqua igitur BZ reliquae ΓH est aequalis (Ax. 3.). Ostensa est autem et $Z\Gamma$ rectae HB aequalis: duae igitur BZ, $Z\Gamma$ duabus ΓH, HB aequales sunt, utraque utrique, et angulus $BZ\Gamma$ angulo ΓHB aequalis, et basis eorum communis $B\Gamma$; et $BZ\Gamma$ igitur triangulum ΓHB triangulo aequale erit, et reliqui anguli reliquis angulis aequales erunt, alter alteri, quos aequalia latera subtendunt (Prop. 4.); aequalis igitur est angulus $ZB\Gamma$ angulo $H\Gamma B$, angulus autem $B\Gamma Z$ angulo ΓBH. Quoniam igitur totus angulus ABH toti angulo $A\Gamma Z$ ostensus est aequalis, quorum ΓBH angulo $B\Gamma Z$ aequalis; reliquus igitur $AB\Gamma$ reliquo $A\Gamma B$ est aequalis (Ax. 3.), et est ad basin trianguli $AB\Gamma$; ostensus est autem et angulus $ZB\Gamma$ angulo $H\Gamma B$ aequalis, et sunt sub basi; isoscelium igitur triangulorum etc.

esse ab Euclide profectam putat, sed assutam ab aliquo, qui animadverterit, demonstrare Euclidem triangulorum istorum sub basi constitutorum aequalitatem. Neque enim unquam hac angulorum sub basi aequalitate uti Euclidem in sequentibus propositionibus. Cui quidem argumento opponere liceat, ad plenam certe Prop. 7. demonstrationem opus esse hac posteriore parte Propositionis 5., ut Rob. Simson. et Peyrard. in Praefatione p. XVIII. monent. Coëtsius (Euclid. Elem. Lugd. Bat. 1692. p. 46.) hanc propositionem ex I. 9. et I. 4. demonstrat. At, quum I. 9. pendeat etiam apud Coëtsium ab I. 8. haec a I. 7. et haec denique a I. 5., in circulum incidere videtur,

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛ΄.

Ἐὰν τριγώνου αἱ δύο γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις ὦσι, καὶ αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας ὑποτείνουσαι πλευραὶ ἴσαι ἀλλήλαις ἔσονται.

Ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, ἴσην ἔχον τὴν ὑπὸ ΑΒΓ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΑΓΒ γωνίᾳ· λέγω, ὅτι καὶ πλευρὰ ἡ ΑΒ πλευρᾷ τῇ ΑΓ [1]) ἐστὶν ἴση.

Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΑΓ, μία αὐτῶν μείζων ἐστίν. Ἔστω μείζων ἡ ΑΒ, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς μείζονος τῆς ΑΒ τῇ ἐλάσσονι τῇ ΑΓ ἴση ἡ ΔΒ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΓ.

1) Hic et in linea sequente edit. Oxon. primo loco ponit rectam *ΑΓ*, secundo rectam *ΑΒ*: et quamvis nihil prorsus intersit, quo ordine hae rectae aequales nominentur, veri tamen simile fuerit, Euclidem, qui primo nominasset angulum *ΑΒΓ*, primo etiam loco posuisse rectam hunc angulum subtendentem i. e. rectam *ΑΓ*. Cum Peyrardo tamen consent. Cod. a. et ed. Basil.

quamvis in Praefat. contrarium asserat, et excusare istam licentiam aliqui tentarint. Cf. Hauber. Chrest. Geom. p. 204. Eadem demonstratione utitur Van Swinden. Anfangsgr. der Meſskunde, p. 37. et Angel. de Marchettis p. 15.

PROPOSITIO VI.

Obs. Propositio sexta conversa est quintae. Propositiones nempe primariae, earumque conversae ita ad se invicem se habent, ut suppositio prioris fiat conclusio posterioris, et vice versa, vel, si plures illa habeat suppositiones, una suppositionum illius fiat huius conclusio. Ita v. g. hic in Prop. 5. sumebatur, triangulum esse aequicrurum, et inde concludebatur aequalitas angulorum ad basin, in Prop. 6. contra sumitur haec ipsa angulorum aequalitas, et inde concluditur aequalitas laterum his angulis oppositorum. Quamvis enim Prop. 5. pariter ac 6. categorice expressae sint, facile tamen utraque etiam hypothetice exprimi potest. Vide Haub. Chrest. Geom. p. 196. sq.

PROPOSITIO VI. (Fig. 6.)

Si trianguli duo anguli aequales inter se sunt; et aequales angulos subtendentia latera aequalia inter se erunt.

Si triangulum $AB\Gamma$ aequalem habens angulum $AB\Gamma$ angulo $A\Gamma B$; dico et latus AB lateri $A\Gamma$ esse aequale.

Si enim inaequale est latus AB lateri $A\Gamma$, unum eorum maius est. Sit maius AB, et auferatur a maiore AB minori $A\Gamma$ aequalis ΔB (Prop. 3.), et iungatur $\Delta\Gamma$.

Plura adhuc conversionum (ἀντιστροφῆς) genera recensent Proclus et Savilius. Quum vero non, ut Peletarius vult p. 30., conversae propositionum in universum sint verae, nova illas semper demonstratione egere patet. Ea plerumque, atque in hac etiam Prop. 6., ita instituitur, ut doceatur, contrarium si quis asserere velit, absurdas consequentias elabi non posse. Hoc demonstrationis genus *indirectum* vel *apagogicum* vocare solent (ἀπαγωγὴ εἰς ἀδύνατον), quod, quamvis nonnulli subdubitare videantur, non minus certum est ac demonstratio directa; ex veris enim falsa iusta ratiocinatione consequi nunquam possunt. Nec sine causa dixere aliqui, esse apagogicam demonstrationem quoddam analyseos theoreticae genus. Cf. Klügel. (Wörterb. ad vocem *Analysis* P. I. p. 90.). Et Scarburgh. hanc deductionem ad absurdum *Analysin destructivam* vocat p. 62., quod nempe illa per certa ratiocinia falsam suppositionem, quae initio sumta erat, destruat. Cf. Borellius p. 1. et Hauber. Chrest. Geom. p. 210. sq. Conversas, etiam ubi locum habent, non omnes affert Euclides, sed eas saltem, quas in propositionibus sequentibus usui fore viderat; nos tamen, quantum fieri potest, reliquas etiam, quae alicuius momenti sunt, notabimus, quod iam a Clavio factum videmus. Neque tamen necesse est, conversam semper, nulla alia interposita, ordine

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ $ΔB$ τῇ $AΓ$, κοινὴ δὲ ἡ $BΓ$, δύο δὴ αἱ $ΔB$, $BΓ$ δυσὶ ταῖς $AΓ$, $ΓB$ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ $ΔBΓ$ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ $AΓB$ ἐστὶν ἴση· βάσις ἄρα ἡ $ΔΓ$ βάσει τῇ AB ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ $ΔBΓ$ τρίγωνον τῷ $AΓB$ τριγώνῳ ἴσον ἔσται, τὸ ἔλασσον τῷ μείζονι, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ AB τῇ $AΓ$ ἴση ἄρα. Ἐὰν ἄρα τριγώνου καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ.

Ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας, δυσὶ ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ οὐ συσταθή-

excipere eam, cuius sit conversa. Sic v. g. lib. I. 8. et 26. conversae sunt Prop. 4. Saepe quippe ad demonstrandam conversam alias adhuc propositiones ante demonstrari necesse est. Caeterum, quum duae partes sint in conclusione Prop. 5., nempe 1.) in triangulo aequicruro angulos ad basin, 2) in eodem triangulo etiam angulos sub basi aequales esse, de utriusque conversione cogitari potest. Ac prioris quidem conversam exhibet Prop. 6. Euclidis. Posterior conversa ita habebit: Si trianguli $ABΓ$ (Fig. 7.), anguli $ΓBΔ$, $BΓE$ sub basi aequales fuerint, erunt etiam latera AB, $AΓ$ aequalia. Sumantur enim $BZ=ΓH$, ducanturque rectae BH, $ZΓ$, eruntque in triangulis $ZBΓ$, $HΓB$ rectae ZB, $ΓH$ aequales ex constructione, et quum recta $BΓ$ communis sit utrique triangulo, et angulus $ΓBΔ$ (vel $ΓBZ$) ex hypothesi aequalis sit angulo $BΓE$ (vel $BΓH$) erit ex Prop. 4. $ZΓ=BH$, et angulus $BZΓ=BHΓ$, et triangulum $BZΓ=BHΓ$. Iam dico, rectas AZ, AH esse aequales. Quodsi enim inaequales sint, erit alterutra v. c. ZA maior. Sumatur $ZΘ=AH$, ductaque $ΘΓ$, erunt in triangulis $ΘZΓ$, BHA, ex demonstratis $ZΓ=BH$; $ZΘ=AH$ ex hypoth. et angulus $ΘZΓ=BHA$ ex demonstrat. Hinc ex Prop. 4. erit triangulum $ZΘΓ=HAB$. Unde, ablatis

Quoniam igitur aequalis est AB ipsi $A\Gamma$, communis autem $B\Gamma$, duae igitur AB, $B\Gamma$ duabus $A\Gamma$, ΓB aequales sunt, utraque utrique, et angulus $AB\Gamma$ angulo $A\Gamma B$ est aequalis; basis igitur $A\Gamma$ basi AB aequalis est, et $AB\Gamma$ triangulum $A\Gamma B$ triangulo aequale erit (Prop. 4.), minus minori, quod est absurdum (Ax. 9.); non igitur inaequalis est recta AB rectae $A\Gamma$; ergo aequalis. Si igitur trianguli etc.

PROPOSITIO VII. (Fig. 8.)

Super eadem recta, duabus iisdem rectis aliae duae rectae aequales utraque utrique non constituentur, ad

aequalibus triangulis $BZ\Gamma$, $BH\Gamma$ erunt (Ax. 3.) reliqua, triangulum nempe $B\Gamma\Theta = AB\Gamma$ i. e. pars aequalis erit toti, quod fieri nequit (Ax. 9.). Aequales igitur sint AZ, AH necesse est. A quibus si auferantur BZ, ΓH, quae ex hypothesi aequales sunt, reliqua aequalia erunt (Ax. 3.), nempe recta $AB = A\Gamma$. Aliam directam demonstrationem habet Proclus, dum, ducta ZH, ostendit, angulos AZH, AHZ esse aequales, unde res ex I. 6. patet. Non ut conversam, sed ut primariam propositionem 6. demonstrat Coëtsius l. c. p. 50. et Van Swinden. l. c. p. 36, ex I. 9. et I. 26., ubi, quum hae propositiones non pendeant a I. 6., non idem monendum est, quod in propositione praecedente. Caeterum, quod monet Hauber. Chrest. Geom. p. 219. et Pfleiderer. ibid. p. 303. etiam Prop. 6. simili ratione, ac in Prop. 5. a nonnullis factum est, ex ipso principio congruentiae, si nempe idem triangulum bis positum sumatur, demonstrari potest.

Cor. Triangula aequiangula sunt etiam aequilatera.

PROPOSITIO VII.

Obs. Recte Savilius monet, propositionem hanc aliquanto obscurius expressam esse, unde paulo aliter Rob. Simsoni fere modo efferri poterit ita: Super eadem basi, atque ad easdem eius partes nequeunt duo triangula constitui, ita ut σονται, πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι ταῖς ἐξ ἀρχῆς εὐθείαις.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας τῆς ΑΒ, δυσὶ ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ταῖς ΑΓ, ΓΒ ἄλλαι δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΔ, ΔΒ ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρα συνεστάτωσαν, πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ τῷ τε Γ καὶ Δ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰ Γ, Δ, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι τὰ Α, Β· ὥςτε ἴσην εἶναι τὴν μὲν ΓΑ τῇ ΔΑ, τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαν αὐτῇ τὸ Α, τὴν δὲ ΓΒ τῇ ΔΒ, τὸ αὐτὸ πέρας ἔχουσαν αὐτῇ τὸ Β· καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΔ [1]).

1) Peyrard. addit: καὶ αἱ ΒΓ, ΒΔ ἐκβεβλήσθωσαν ἐπ' εὐθείας ἐπὶ τὰ Ε, Ζ. Duas etiam figuras describit, quas ad Commentarium dedimus, et in ipsa etiam demonstratione pro nonnullis litteris substituit alias. Nos autem sine codd. auctoritate nihil hic mutare voluimus. Caeterum vide Commentarium.

latera ad eosdem baseos terminos vergentia aequalia sint. Caeterum conferatur Hauber. in Chrest. Geom. p. 222. sqq. Si enim fieri potest, sint (Fig. 8. 9.) triangula ΑΒΓ, ΑΒΔ ita comparata, ut ΑΓ=ΑΔ, et ΒΓ=ΒΔ, eritque vel vertex neutrius trianguli intra reliquum triangulum, vel vertex alterius intra alterum triangulum, vel vertex unius in latere alterius ipso aut producto in loco ab altero vertice diverso. Praeter eum casum, quo vertex neutrius trianguli est intra reliquum triangulum, qui solus in Graecis, quos habemus, Euclidis codicibus demonstratus est, etiam reliquos casus demonstrandos esse iam Proclus innuit, et eius casus, quo vertex unius trianguli est intra alterum, demonstrationem dedit, quam pariter habent Campanus, Savilius, Clavius et Robertus Simson. In ea nempe (Fig. 9.) aequalitas angulorum ΑΔΓ, ΑΓΔ, atque exinde inaequalitas angulorum ΖΔΓ, ΕΓΔ infertur, qui tamen ex parte posteriore Prop. 5. aequales esse debebant. Hunc aliud et aliud punctum ad easdem partes, ita ut eosdem terminos habeant, quos primae rectae.

Si enim fieri potest, super eadem recta AB duabus iisdem rectis $A\Gamma$, ΓB, aliae duae rectae $A\Delta$, ΔB aequales utraque utrique constituantur ad aliud et aliud punctum Γ et Δ, ad easdem partes Γ, Δ, et eosdem terminos habentes A, B; ita ut aequalis sit quidem ΓA ipsi ΔA, eundem terminum habens, quem illa, punctum A, ΓB vero ipsi ΔB, eundem terminum habens, quem illa, punctum B; et iungatur $\Gamma\Delta$.

tamen casum ab Euclide non omissum, nec Euclidem ipsum mutilatum, sed librariorum tantum culpa alteram figuram omissam esse asserit Peyrard. Tom. I. Praefat. p. XVIII. et, hac figura restituta, et rectis duabus productis, ne ulla quidem voce mutata, perfectam demonstrationem se restituisse ait. Iubet nempe (Fig. 10.) rectas $B\Gamma$, $B\Delta$ producere, ubi deinde demonstratio, paucis tantum litteris mutatis, ad utrumque casum applicari potest, nominatim itaque ad eum quoque, quo vertex Γ unius trianguli est intra alterum triangulum $A\Delta B$. Ita nempe procedit, postquam ostensus fuerat angulus $A\Gamma\Delta = A\Delta\Gamma$: „Quare angulus $A\Delta\Gamma$ maior est angulo $\Delta\Gamma E$, multo igitur $\Gamma\Delta Z$ maior est ipso $\Delta\Gamma E$. Rursus, quoniam aequalis est ΓB ipsi ΔB, aequalis est angulus $\Gamma\Delta Z$ angulo $\Delta\Gamma E$, quod fieri nequit.“ Et haec quidem satis ingeniose. Utrum tamen Euclides ipse rem ita absolverit, dubitari poterit, quod, ut VV. DD. de Lambre et Prony monent p. XXXVII., vix credi potest, librarios non integram tantum figuram omisisse, sed lineas etiam, quas productas invenerint, non produxisse, et verba, quae in ipso textu eas produci iuberent, omisisse. Accedit, quod in versione Arabica, tam ea, ex qua Campanus transtulisse creditur, quam in Nassireddini typis impressa, et cuius quoad hunc locum versionem Gallicam, a Sedillot. Profess. Biblioth. Reg.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΑΔ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΓΔ τῇ ὑπὸ ΑΔΓ· μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΔΓ τῆς ὑπὸ ΔΓΒ· πολλῷ ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΔΒ μείζων ἐστὶ τῆς ὑπὸ ΔΓΒ. Πάλιν, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΓΒ τῇ ΔΒ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΓΔΒ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΓΒ. Ἐδείχθη δὲ αὐτῆς καὶ πολλῷ μείζων, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα ἐπὶ καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ η.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, ἔχῃ δὲ καὶ τὴν βάσιν τῇ βάσει ἴσην· καὶ τὴν γωνίαν τῇ γωνίᾳ ἴσην ἕξει, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην.

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, τὰς δύο πλευρὰς τὰς ΑΒ, ΑΓ ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς ΔΕ, ΔΖ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ· ἐχέτω δὲ καὶ βάσιν τὴν ΒΓ βάσει τῇ ΕΖ ἴσην· λέγω, ὅτι καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἐστὶν ἴση.

Paris. factam, Peyrardus in Praefat. Tom. II. p. XLII. exhibet, quamvis caeterum non consentiant, casus secundus nominatim demonstratus est.

Is denique casus, quo quis sumere possit, verticem unius trianguli esse in latere aliquo alterius ipso vel producto facillimam habet demonstrationem ex eo, quod totum non aequale esse potest parti. Caeterum Pappus, et ex eo Savilius aliique observant, hanc propositionem, quod raro fiat, in propositionibus geometricis, negative efferri, nec esse nisi lemma ad I. 8. Atque huic ipsi usui, nempe ut prope lemmatibus inserviant aliis propositionibus, saepius inservire propositiones negative expressas, v. c. III. 23. coll. III. 24., observat Hauber. Chrest. p. 230.

Quoniam igitur aequalis est $A\Gamma$ ipsi $A\Delta$, aequalis est et angulus $\Delta\Gamma A$ ipsi $A\Delta\Gamma$ (Prop. 5.); maior igitur $A\Delta\Gamma$ ipso $\Delta\Gamma B$; multo igitur $\Gamma\Delta B$ maior est ipso $\Delta\Gamma B$. Rursus, quoniam aequalis est ΓB ipsi ΔB, aequalis est et angulus $\Gamma\Delta B$ angulo $\Delta\Gamma B$. Ostensus est autem ipso et multo maior, quod fieri nequit. Non igitur super etc.

PROPOSITIO VIII. (Fig. 11.)

Si duo triangula duo latera duobus lateribus aequalia habeant, utrumque utrique, habeant autem et basin basi aequalem; et angulum angulo aequalem habebunt, ab aequalibus rectis contentum.

Sint duo triangula $AB\Gamma$, ΔEZ duo latera AB, $A\Gamma$ duobus lateribus ΔE, ΔZ aequalia habentia, utrumque utrique, AB quidem ipsi ΔE, $A\Gamma$ vero ipsi ΔZ; habeat autem et basin $B\Gamma$ basi EZ aequalem; dico et angulum $BA\Gamma$ angulo $E\Delta Z$ esse aequalem.

Cor. 1. Duo circuli e duobus punctis descripti, ex eadem parte rectae, quae centra eorum coniungit, non nisi in unico puncto se invicem secare possunt. — Savilius ex hoc corollario pro axiomate sumto vicissim propositionem hanc I. 7. derivavit.

Cor. 2. Non itaque nisi unum triangulum aequilaterum ex eadem parte rectae alicuius datae describi potest.

Haec duo corollaria sunt ex schedis Pfleidereri manuscriptis, e quibus saepius hausimus, et quae iam impressae etiam leguntur in Hauberi Chrest. p. 304.

PROPOSITIO VIII.

Obs. Est haec propositio una e conversis quartae. Caeterum non anguli tantum aequalibus lateribus comprehensi, 'Εφαρμοζομένου γὰρ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἐπὶ τὸ ΔΕΖ τρίγωνον, καὶ τιθεμένου τοῦ μὲν Β σημείου ἐπὶ τὸ Ε σημεῖον, τῆς δὲ ΒΓ εὐθείας ἐπὶ τὴν ΕΖ, ἐφαρμόσει καὶ τὸ Γ σημεῖον ἐπὶ τὸ Ζ, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΒΓ τῇ ΕΖ· ἐφαρμοσάσης δὴ τῆς ΒΓ ἐπὶ τὴν ΕΖ, ἐφαρμόσουσι καὶ αἱ ΒΑ, ΓΑ ἐπὶ τὰς ΕΔ, ΔΖ. Εἰ γὰρ βάσις μὲν ἡ ΒΓ ἐπὶ βάσιν τὴν ΕΖ ἐφαρμόσει, αἱ δὲ ΒΑ, ΑΓ πλευραὶ ἐπὶ τὰς ΕΔ, ΔΖ οὐκ ἐφαρμόζουσιν, ἀλλὰ παραλλάξουσιν, ὡς αἱ ΕΗ, ΗΖ, συσταθήσονται ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας δυσὶ ταῖς αὐταῖς εὐθείαις ἄλλαι δύο εὐθεῖαι ἴσαι, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, πρὸς ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ σημείῳ, ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, τὰ αὐτὰ πέρατα ἔχουσαι. Οὐ συνίστανται δέ· οὐκ ἄρα, ἐφαρμοζομένης τῆς ΒΓ βάσεως ἐπὶ τὴν ΕΖ βάσιν, οὐκ ἐφαρμόσουσι καὶ αἱ ΒΑ, ΑΓ πλευραὶ ἐπὶ τὰς ΕΔ, ΔΖ. 'Εφαρμόσουσιν ἄρα· ὥστε καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ ἐπὶ γωνίαν τὴν ὑπὸ ΕΔΖ ἐφαρμόσει, καὶ ἴση αὐτῇ ἔσται. 'Εὰν ἄρα δύο καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ'.

Τὴν δοθεῖσαν γωνίαν εὐθύγραμμον δίχα τεμεῖν.

sed reliqua etiam omnia, nominatim ipsa triangula utrimque erunt aequalia, quod vel ex congruentia, vel ex Prop. 4. patet. Euclides id brevitatis studio omisit, ut Savilius observat. Notandum tamen videtur, ne, si similis casus obvenerit, a Prop. 8. semper denuo ad quartam recurrendum vel aliter res expedienda sit. Aliam huius propositionis demonstrationem, ut Proclus refert, Philo Byzantinus dedit, quae eo redit, ut duo triangula, quorum aequalitas demonstranda est, ad diversas eiusdem basis partes constituantur, et vertices eorum recta iungantur, quae tum bina triangula aequicrura efficiet, quorum anguli ad basin

Congruente enim $AB\Gamma$ triangulo ipsi $\varDelta EZ$ triangulo, et posito puncto B super punctum E, recta vero $B\Gamma$ super EZ, congruet et punctum Γ ipsi Z, quia aequalis est $B\Gamma$ ipsi EZ; congruente igitur $B\Gamma$ ipsi EZ, congruent et BA, ΓA ipsis $E\varDelta$, $\varDelta Z$. Si enim basis quidem $B\Gamma$ basi EZ congruat, latera vero BA, $A\Gamma$ ipsis $E\varDelta$, $\varDelta Z$ non congruant, sed situm mutent ut EH, HZ, constituentur super eadem recta duabus rectis aliae duae rectae aequales, utraque utrique, ad aliud et aliud punctum, ad easdem partes, eosdem terminos habentes. Non autem constituuntur (Prop. 7.). Congruente igitur basi $B\Gamma$ basi EZ, non possunt non congruere etiam latera BA $A\Gamma$ lateribus $E\varDelta$, $\varDelta Z$. Congruent igitur; quare et angulus $BA\Gamma$ angulo $E\varDelta Z$ congruet, et aequalis ei erit. Si igitur duo etc.

PROPOSITIO IX. (Fig. 12.)

Datum angulum rectilineum bifariam secare.

aequales erunt, et qui vel ipsi, vel quorum aequalis summa aut differentia efficiet id, quod propositum erat. Eam ipsam demonstrationem habent etiam Borellius p. 25. sqq. Kaestnerus Anfangsgr. der Arithm. u. Geom. P. I. Prop. 4. Karsten. Mathes. Theor. Univers. §. 75. Thom. Simpson. Elem. of. Geom. B. I. Th. XIV. aliique. Epicrisin illius a Pfleiderero et Hauberο factam vide in Hauberi Chrest. p. 305. et 235. sqq.

PROPOSITIO IX.

Obs. Proclus monet, demonstrandum etiam esse, verticem trianguli aequilateri intra datum angulum $BA\Gamma$ situm

Ἔστω ἡ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος, ἡ ὑπὸ ΒΑΓ· δεῖ δὴ αὐτὴν δίχα τεμεῖν.

Εἰλήφθω [1]) ἐπὶ τῆς ΑΒ τυχὸν σημεῖον τὸ Δ, καὶ ἀφῃρήσθω ἀπὸ τῆς ΑΓ τῇ ΑΔ ἴση ἡ ΑΕ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΕ, καὶ συνεστάτω ἐπὶ τῆς ΔΕ τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ΔΕΖ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΖ· λέγω, ὅτι ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία δίχα τέτμηται ὑπὸ τῆς ΑΖ εὐθείας.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ τῇ ΑΕ, κοινὴ δὲ ἡ ΑΖ, δύο δὴ αἱ ΔΑ, ΑΖ δυσὶ ταῖς ΕΑ, ΑΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ βάσις ἡ ΔΖ βάσει τῇ ΕΖ ἴση ἐστίν· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΑΖ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΑΖ ἴση ἐστίν.

Ἡ ἄρα δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος ἡ ὑπὸ ΒΑΓ, δίχα τέτμηται ὑπὸ τῆς ΑΖ εὐθείας. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι.

Τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν πεπερασμένην δίχα τεμεῖν.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα πεπερασμένη ἡ ΑΒ· δεῖ δὴ τὴν ΑΒ εὐθεῖαν πεπερασμένην δίχα τεμεῖν.

1) Peyrard. ex cod. a. addit γὰρ, quod omittunt edd. Basil. et Oxon.

esse. Quod ita demonstrabitur. Quodsi (Fig. 13.) vertex trianguli aequilateri super *ΔΕ* constructi non sit intra angulum *ΒΑΓ*, erit vel in uno crurum anguli, vel extra angulum. Sit, si fieri potest, punctum *Η* in alterutro crurum v. c. in *ΑΓ* vertex trianguli aequilateri super *ΔΕ* constituti, eritque angulus *ΕΔΗ*=*ΔΕΗ* (Prop. 5.), adeoque angulus *ΒΔΕ*>*ΔΕΓ*. At, quum ex construct. sit *ΑΔ*=*ΑΕ*, erit etiam *ΒΔΕ*=*ΔΕΓ* (I. 5.), quod fieri nequit. Et similis erit demonstratio verticem trianguli nec in puncto aliquo *Θ* extra angulum *ΒΑΓ* esse posse.

Sit datus angulus rectilineus $B A \Gamma$; oportet ipsum bifariam secare.

Sumatur in AB quodlibet punctum Δ, et auferatur ab $A\Gamma$ ipsi $A\Delta$ aequalis AE, et iungatur ΔE, et constituatur super ΔE triangulum aequilaterum ΔEZ (Prop. 1.), et iungatur AZ; dico angulum $BA\Gamma$ bifariam secari a recta AZ.

Quoniam enim aequalis est $A\Delta$ ipsi AE, communis autem AZ, duae ΔA, AZ duabus EA, AZ aequales sunt, utraque utrique, et basis ΔZ basi EZ aequalis est; angulus igitur ΔAZ angulo EAZ aequalis est (Prop. 4.).

Datus igitur angulus rectilineus $BA\Gamma$ bifariam secatur a recta AZ. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO X. (Fig. 14.)

Datam rectam terminatam bifariam secare.

Sit data recta terminata AB; oportet rectam terminatam AB bifariam secare.

Cor. Manifestum est, angulum ita bisectum denuo bisecari, adeoque angulum primo propositum in quatuor, octo, sedecim etc. partes aequales, nempe in omnes eas partes aequales dividi posse, quarum numerus exprimi potest numero 2 ad dignitatem quamcunque n evecto i. e. numero 2^n.

PROPOSITIO X.

Obs. Proclus refert, Apollonium Pergaeum datam rectam terminatam bisecare, ducta recta per puncta intersectionum duorum circulorum, qui e punctis datae rectae extremis, intervallo isti rectae aequali descripti sunt; quae ratio quoad rem ipsam haud multum differt ab Euclidea, quam tamen

Συνεστάτω ἐπ' αὐτῆς τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ΑΒΓ, καὶ τετμήσθω ἡ ὑπὸ ΑΓΒ γωνία δίχα τῇ ΓΔ εὐθείᾳ· λέγω, ὅτι ἡ ΑΒ εὐθεῖα δίχα τέτμηται κατὰ τὸ Δ σημεῖον.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΓΒ, κοινὴ δὲ ἡ ΓΔ, δύο δὴ αἱ ΑΓ, ΓΔ δυσὶ ταῖς ΒΓ, ΓΔ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΓΔ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΒΓΔ ἴση ἐστίν· βάσις ἄρα ἡ ΑΔ βάσει τῇ ΒΔ ἴση ἐστίν.

Ἡ ἄρα δοθεῖσα εὐθεῖα πεπερασμένη ἡ ΑΒ δίχα τέτμηται κατὰ τὸ Δ. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιά.

Τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ δοθέντος σημείου, πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Ἔστω ἡ μὲν δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ, τὸ δὲ δοθὲν σημεῖον ἐπ' αὐτῆς τὸ Γ· δεῖ δὴ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου τῇ ΑΒ εὐθείᾳ πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

longe praefert Proclus. Cf. Hauber. Chrest. p. 241. Patet etiam, rectam *ΓΔ* (Fig. 14.), quae ex constructione rectam *AB* bisecat, ei ad angulos rectos insistere. Caeterum idem de divisione rectae notandum est, quod in Cor. praecedentis de divisione anguli notavimus. Quod reliquum est, infra ad VI. 10., quin iam I. 34. Cor. 23. ostendetur, rectam in quotlibet partes aequales ope geometriae elementaris dividi posse, quod in angulo fieri nequit.

PROPOSITIO XI.

Obs. Pro eo casu huius propositionis, quo punctum, e quo perpendicularis ad rectam datam erigi debet, est extremum huius rectae, Proclus solutionem habet satis facilem, quae etiam est apud Clavium, pluresque aliae dantur, partim

Constituatur super ipsa triangulum aequilaterum $AB\Gamma$ (Prop. 1.), et secetur angulus $A\Gamma B$ bifariam a recta $\Gamma\Delta$ (Prop. 9.); dico rectam AB bifariam secari in puncto Δ.

Quoniam enim aequalis est $A\Gamma$ ipsi ΓB, communis autem $\Gamma\Delta$, duae $A\Gamma$, $\Gamma\Delta$ duabus $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ aequales sunt, utraque utrique, et angulus $A\Gamma\Delta$ angulo $B\Gamma\Delta$ aequalis est; basis igitur $A\Delta$ basi $B\Delta$ aequalis est (Prop. 4.).

Ergo data recta terminata AB bifariam secatur in puncto Δ. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO XI. (Fig. 15.)

Datae rectae, a puncto in ea dato, ad rectos angulos rectam lineam ducere.

Sit quidem data recta AB, datum vero punctum in ea Γ; oportet a puncto Γ rectae AB ad rectos angulos rectam lineam ducere.

e propositionibus, quae subsequuntur, demum demonstrandae. Vid. infra I. 32. Cor. 11.

Cor. 1. Ex hac propositione Rob. Simson. monet, facile consequi, duas rectas segmentum commune non habere. Quodsi enim fieri posset, ut (Fig. 16.) rectae $\Delta\Gamma\Theta$, $\Delta\Gamma E$ segmentum $\Delta\Gamma$ commune habere possent, erigatur (I. 11.) in Γ ad $\Delta\Gamma$ perpendicularis ΓZ, et ostendetur, ut in nostra propositione, tam $Z\Gamma\Delta = Z\Gamma E$, quam $Z\Gamma\Delta = Z\Gamma\Theta$, foret itaque $Z\Gamma E = Z\Gamma\Theta$ pars toti, q. e. a. (Ax. 9.) Notandum tamen, hoc ipsum corollarium potius axiomatis loco sumendum esse, quum iam in I. Prop. 1. tacite sumatur, unde illud ut Ax. 10. a supra posuimus.

Cor. 2. Datae rectae ΔE (Fig. 17.) ad datum in ea punctum Γ non nisi una recta ΓZ ad rectos angulos duci potest. Sit enim, si fieri potest, praeter ΓZ etiam ΓH rectae ΔE ad

Εἰλήφθω ἐπὶ τῆς ΔΓ τυχὸν σημεῖον τὸ Δ, καὶ κείσθω τῇ ΓΔ ἴση ἡ ΓΕ, καὶ συνεστάτω ἐπὶ τῆς ΔΕ τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ ΖΔΕ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΓ· λέγω, ὅτι τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΑΒ, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ δοθέντος σημείου τοῦ Γ, πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖα γραμμὴ ἦκται ἡ ΖΓ.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΓΔ τῇ ΓΕ, κοινὴ δὲ ἡ ΓΖ, δύο δὴ αἱ ΔΓ, ΓΖ δυσὶ ταῖς ΕΓ, ΓΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ βάσις ἡ ΔΖ βάσει τῇ ΖΕ ἴση ἐστίν· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΓΖ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΓΖ ἴση ἐστὶ, καί εἰσιν ἐφεξῆς. Ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ' εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν ἐστιν· ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΔΓΖ, ΖΓΕ.

Τῇ ἄρα δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΑΒ, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτῇ δοθέντος σημείου τοῦ Γ, πρὸς ὀρθὰς γωνίας εὐθεῖα γραμμὴ ἦκται ἡ ΖΓ. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ'.

Ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν ἄπειρον, ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

rectos angulos, eritque $\Delta\Gamma H = H\Gamma E$ (Def. 10.), adeoque $\Delta\Gamma H < Z\Gamma E$ (Ax. 9.), et multo magis $\Delta\Gamma Z < Z\Gamma E$. At quum etiam $Z\Gamma$ ad angulos rectos sit rectae ΔE (ex hypoth.), erit etiam $\Delta\Gamma Z = Z\Gamma E$ (Def. 10.), quod est absurdum.

PROPOSITIO XII.

Obs. Demonstrandum erat ante omnia circulum centro Γ, intervallo $\Gamma\Delta$, descriptum secare rectam AB in duobus punctis H et E. Quod ita fiet. Quum puncta Γ et Δ

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ΑΓ τῇ ΔΗ, δύο δὴ αἱ ΒΑ, ΑΓ δυσὶ ταῖς ΕΔ, ΔΗ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΗ ἴση ἐστίν· βάσις ἄρα ἡ ΒΓ βάσει τῇ ΕΗ ἐστὶν ἴση. Πάλιν, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΔΖ τῇ ΔΗ, ἴση ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ ΔΖΗ γωνία τῇ ὑπὸ ΔΗΖ· μείζων ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΖΗ, τῆς ὑπὸ ΕΗΖ, πολλῷ ἄρα μείζων ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΕΖΗ τῆς ὑπὸ ΕΗΖ. Καὶ ἐπεὶ τρίγωνόν ἐστι τὸ ΕΖΗ, μείζονα ἔχον τὴν ὑπὸ ΕΖΗ γωνίαν τῆς ὑπὸ ΕΗΖ· ὑπὸ δὲ τὴν μείζονα γωνίαν ἡ μείζων πλευρὰ ὑποτείνει· μείζων ἄρα καὶ πλευρὰ ἡ ΕΗ τῆς ΕΖ. Ἴση δὲ ἡ ΕΗ τῇ ΒΓ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΒΓ τῆς ΕΖ. Ἐὰν ἄρα δύο καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κέ.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο πλευρὰς ταῖς δυσὶ πλευραῖς ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν δὲ βάσιν τῆς βάσεως μείζονα ἔχῃ· καὶ τὴν γωνίαν τῆς γωνίας μείζονα ἕξει, τὴν ὑπὸ τῶν ἴσων εὐθειῶν περιεχομένην.

$>$ *ΒΔ* (I. 19.) i. e. *ΒΓ*$>$*ΕΖ*. Atque hac Pfleidereri demonstratione (vid. Hauberi Chrestom. p. 315. sqq.) satisfactum est iis, quae in Rob. Simsoni demonstratione adhuc desideraverat Thomas Simpson. (Elem. of Geometry London 1800. p. 262.), ostenso, punctum *Δ* necessario infra *ΒΓ* cadere. Caeterum, ut Proclus observat, conditiones problematis non definiunt, utrum et quo casu triangula *ΑΒΓ*, *ΔΕΖ* inter se ea Δ, $BA\Gamma$ angulo aequalis $E\Delta H$ (Prop. 23.); et ponatur alterutri ipsarum $\Delta\Gamma$, ΔZ aequalis ΔH (Prop. 3.), et iungantur EH, ZH.

Quoniam igitur aequalis est AB quidem rectae ΔE, $A\Gamma$ vero rectae ΔH, duae BA, $A\Gamma$ duabus $E\Delta$, ΔH aequales sunt, utraque utrique, et angulus $BA\Gamma$ angulo $E\Delta H$ aequalis est; basis igitur $B\Gamma$ basi EH est aequalis (Prop. 4.). Rursus, quoniam aequalis est ΔZ rectae ΔH, aequalis est et angulus ΔZH angulo ΔHZ (Prop. 5.); maior igitur ΔZH angulo EHZ; multo igitur maior est EZH angulo EHZ. Et quoniam triangulum est EZH, maiorem habens angulum EZH angulo EHZ; maiorem autem angulum maius latus subtendit (Prop. 19.); maius igitur et latus EH latere EZ. Aequale autem EH lateri $B\Gamma$; maius igitur et $B\Gamma$ latere EZ. Si igitur duo etc.

PROPOSITIO XXV. (Fig. 40.)

Si duo triangula duo latera duobus lateribus aequalia habeant, utrumque utrique, basin autem basi maiorem habeant; et angulum angulo maiorem habebunt, qui ab aequalibus rectis continetur.

aequalia, aut utrum maius sit altero, quod demum ope I. 38. determinari poterit. Alias adhuc observationes et consectaria Pfleidereri vid. l. c.

PROPOSITIO XXV.

Obs. Alias huius propositionis, quae conversa est prioris, demonstrationes, easque directas, at prolixiores, ex Menelao et Herone affert Proclus, quas etiam videre est apud Clavium, in quibus autem varii casus, qui locum habere possunt, notari

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, τὰς δύο πλευρὰς τὰς ΑΒ, ΑΓ ταῖς δυσὶ πλευραῖς ταῖς ΔΕ, ΔΖ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ· βάσις δὲ ἡ ΒΓ βάσεως τῆς ΕΖ μείζων ἔστω· λέγω, ὅτι καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνίας τῆς ὑπὸ ΕΔΖ μείζων ἐστίν.

Εἰ γὰρ μή, ἤτοι ἴση ἐστὶν αὐτῇ, ἢ ἐλάσσων· ἴση μενοῦν οὐκ ἔστιν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ, ἴση γὰρ ἂν ἦν καὶ ἡ βάσις ἡ ΒΓ βάσει τῇ ΕΖ· οὐκ ἔστι δέ. οὐκ ἄρα ἴση ἐστὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ. Οὐδὲ μὴν ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῆς ὑπὸ ΕΔΖ· ἐλάσσων γὰρ ἂν ἦν καὶ βάσις ἡ ΒΓ βάσεως τῆς ΕΖ· οὐκ ἔστι δέ· οὐκ ἄρα ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία τῆς ὑπὸ ΕΔΖ. Ἐδείχθη δέ, ὅτι οὐδ' ἴση· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῆς ὑπὸ ΕΔΖ. Ἐὰν ἄρα δύο καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κϛ'.

Ἐὰν δύο τρίγωνα τὰς δύο γωνίας ταῖς δυσὶ γωνίαις ἴσας ἔχῃ, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ μίαν πλευρὰν μιᾷ

debebant, observante Haubero Chrestom. p. 270. sqq. Cf. Pfleidereri observationes et consectaria ibid. p. 319. sq.

PROPOSITIO XXVI.

Obs. 1. Prima huius propositionis pars, quum nempe unum latus cum angulis ei adiacentibus unius trianguli aequale est uni lateri atque angulis adiacentibus in altero triangulo facile per superpositionem directe demonstratur: Ob analogiam autem casus posterioris sine dubio Euclides similiter ac partem posteriorem demonstrare maluit. Caeterum Thaleti hoc theorema tribuere Eudemum in historiis geometricis, Proclus refert. Latus autem si in uno triangulo id sumatur, quod uni aequalium angulorum oppositum est, in altero triangulo pariter illud

Sint duo triangula $AB\Gamma$, ΔEZ, duo latera AB $A\Gamma$ duobus lateribus ΔE, ΔZ aequalia habentia, utrumque utrique, AB quidem lateri ΔE, $A\Gamma$ vero lateri ΔZ, basis autem $B\Gamma$ basi EZ maior sit; dico et angulum $BA\Gamma$ angulo $E\Delta Z$ maiorem esse.

Si enim non, vel aequalis est ei, vel minor; aequalis autem non est $BA\Gamma$ ipsi $E\Delta Z$, aequalis enim esset et basis $B\Gamma$ basi EZ (Prop. 4.); non est autem; non igitur aequalis est angulus $BA\Gamma$ ipsi $E\Delta Z$. At neque minor est $BA\Gamma$ ipso $E\Delta Z$, minor enim esset et basis $B\Gamma$ basi EZ (Prop. 24.); non est autem; non igitur minor est $BA\Gamma$ angulus ipso $E\Delta Z$. Ostensum est autem neque aequalem esse; maior igitur est $BA\Gamma$ ipso $E\Delta Z$. Si igitur duo etc.

PROPOSITIO XXVI. (Fig. 41.)

Si duo triangula duos angulos duobus angulis aequales habeant, utrumque utrique, et unum latus uni lateri

sumendum erit, et contra. Caeterum etiam hic valet, quod in Prop. 8. diximus, triangula etiam ipsa esse aequalia.

Obs. 2. Quatuor hactenus casibus duo triangula inter se aequalia esse vidimus, nempe

1) si unum latus et duo anguli adiacentes,

2) si unum latus, et unus angulus ei lateri adiacens, atque angulus ei oppositus in utroque angulo sint aequalia. Atque haec quidem in nostra propositione.

3) Si duo latera cum angulo, quem comprehendunt, aequalia sint utrimque (I. 4.)

4) Si omnia tria latera utrimque aequalia sint (I. 8.). Restat adhuc casus 5., quo duo triangula inter se aequalia esse *possunt*, nempe, si duo latera cum angulo uni eorum opposito

ἴσην, ἤτοι τὴν πρὸς ταῖς ἴσαις γωνίαις, ἢ τὴν ὑποτείνουσαν ὑπὸ μίαν τῶν ἴσων γωνιῶν· καὶ τὰς λοιπὰς πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσας ἕξει, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, καὶ τὴν λοιπὴν γωνίαν τῇ λοιπῇ γωνίᾳ.

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, τὰς δύο γωνίας τὰς ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΑ δυσὶ ταῖς ὑπὸ ΔΕΖ, ΕΖΔ ἴσας ἔχοντα, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ὑπὸ ΑΒΓ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ τὴν δὲ ὑπὸ ΒΓΑ τῇ ὑπὸ ΕΖΔ· ἐχέτω δὲ καὶ μίαν πλευρὰν μιᾷ πλευρᾷ ἴσην· πρότερον, τὴν πρὸς ταῖς ἴσαις γωνίαις τὴν ΒΓ τῇ ΕΖ· λέγω, ὅτι καὶ τὰς λοιπὰς πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσας ἕξει, ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τὴν μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, τὴν δὲ ΑΓ τῇ ΔΖ, καὶ τὴν λοιπὴν γωνίαν τῇ λοιπῇ γωνίᾳ, τὴν ὑπὸ ΒΑΓ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ.

Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ, μία αὐτῶν μείζων ἐστίν. Ἔστω μείζων ἡ ΑΒ, καὶ κείσθω τῇ ΔΕ ἴση ἡ ΒΗ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΓ.

Ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΒΗ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ΒΓ τῇ ΕΖ, δύο δὴ αἱ ΒΗ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΔΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΗΒΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἴση ἐστί· βάσις ἄρα ἡ ΗΓ βάσει τῇ ΔΖ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ΗΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἴσον ἐστὶ, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς

utrimque aequalia sint. Hoc tamen casu, si nulla alia determinatio accedat, aequalitatem triangulorum *generatim* asserere non licebit, quod etiam Proclus observat p. 91. Sit enim (Fig. 42.) triangulum aequicrurum *ΑΒΓ*, et producatur basis *ΒΓ* ad punctum aliquod *Δ*, ducaturque *ΑΔ*. Iam duo triangula *ΑΓΔ*, *ΑΒΔ* habent latus quidem *ΑΔ* commune, deinde *ΑΓ* = *ΑΒ* ex hypoth. et angulum etiam *Δ* communem, qui lateribus *ΑΓ*, *ΑΒ* opponitur, et manifestum tamen est, triangula ipsa non esse aequalia, quum unum *ΑΒΔ* sit tantum pars alterius *ΑΓΔ*. Aequalia tamen inter se esse duo triangula demonstrabitur.

aequale, vel quod est ad aequales angulos, vel quod subtendit unum aequalium angulorum; et reliqua latera reliquis lateribus aequalia habebunt, utrumque utrique, et reliquum angulum reliquo angulo.

Sint duo triangula $AB\Gamma$, ΔEZ, duos angulos $AB\Gamma$, $B\Gamma A$ duobus ΔEZ, $EZ\Delta$ aequales habentia, utrumque utrique, $AB\Gamma$ quidem angulo ΔEZ, $B\Gamma A$ vero angulo $EZ\Delta$, habeant autem et unum latus uni lateri aequale; primum, quod est ad aequales angulos, latus $B\Gamma$ lateri EZ; dico et reliqua latera reliquis lateribus aequalia habitura esse, utrumque utrique, AB quidem lateri ΔE, $A\Gamma$ vero lateri ΔZ, et reliquum angulum reliquo angulo, $BA\Gamma$ angulo $E\Delta Z$.

Si enim inaequalis est AB rectae ΔE, una earum maior est. Sit maior AB, et ponatur rectae ΔE aequalis BH, et iungatur $H\Gamma$.

Quoniam igitur aequalis est BH quidem rectae ΔE, $B\Gamma$ vero rectae EZ, duae BH, $B\Gamma$ duabus ΔE, EZ aequales sunt, utraque utrique, et angulus $HB\Gamma$ angulo ΔEZ aequalis est; basis igitur $H\Gamma$ basi ΔZ aequalis est, et $HB\Gamma$ triangulum ΔEZ triangulo aequale est, et reliqui anguli reliquis angulis aequales

Si utrimque unum angulum uni aequalem habeant, circa alios autem angulos latera aequalia, reliquorum vero angulorum utrumque simul minorem aut non minorem recto; et ostendetur angulos etiam aequales esse, circa quos aequalia sunt latera, et tertium latus tertio lateri fore aequale. Sit nempe (Fig. 43.) angulus $A=\Delta$, et $AB=\Delta E$, $B\Gamma=EZ$, et 1) anguli Γ, Z acuti; eritque $AB\Gamma=\Delta EZ$, et $A\Gamma=\Delta Z$, et duo triangula aequalia. Si enim non sit angulus $AB\Gamma=\Delta EZ$, erit alteruter maior altero. Sit, si fieri potest, $AB\Gamma$ maior angulo ΔEZ, et fiat $ABH=\Delta EZ$, eritque in triangulis ABH, ΔEZ, $AB=\Delta E$

γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΗΓΒ γωνία τῇ ὑπὸ ΔΖΕ. Ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΔΖΕ τῇ ὑπὸ ΒΓΔ ὑπόκειται ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΒΓΗ ἄρα τῇ ὑπὸ ΒΓΔ ἴση ἐστὶν, ἡ ἐλάσσων τῇ μείζονι, ὅπερ ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ· ἴση ἄρα. Ἔστι δὲ καὶ ἡ ΒΓ τῇ ΕΖ ἴση, δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΔΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἐστὶν ἴση· βάσις ἄρα ἡ ΑΓ βάσει τῇ ΔΖ ἴση ἐστὶ, καὶ λοιπὴ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῇ λοιπῇ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἴση ἐστίν.

Ἀλλὰ δὴ πάλιν, ἔστωσαν αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας πλευραὶ ὑποτείνουσαι ἴσαι, ὡς ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ· λέγω πάλιν, ὅτι καὶ αἱ λοιπαὶ πλευραὶ ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσαι ἔσονται, ἡ μὲν ΑΓ τῇ ΔΖ, ἡ δὲ ΒΓ τῇ ΕΖ, καὶ ἔτι ἡ λοιπὴ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῇ λοιπῇ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἴση ἐστίν.

(hypoth.), angulus $A=\Delta$ pariter ex hypoth. et $ABH=\Delta EZ$ (hypoth.): itaque $AHB=\Delta ZE$ (I. 25.), et $BH=EZ$ i. e. ex hypoth. $=B\Gamma$. Quum autem ex hypoth. sit angulus Z acutus, acutus erit AHB, unde $BH\Gamma$ obtusus (I. 11.). At $B\Gamma H$ triangulum, ut ostendimus, aequicrurum est, unde $BH\Gamma$ etiam acutus erit (I. 17. Cor. 2.) q. e. a. Sint autem 2) anguli Γ, Z non minores recto, atque ostendetur ut ante, esse triangulum $BH\Gamma$ aequicrurum, adeoque angulum Γ acutum vel minorem recto (I. 17. Cor. 2.), quem tamen non minorem esse recto posuimus, q. e. a. Caeterum, si angulus A et Δ rectus vel obtusus sit, necessario acutus erit angulus Γ et Z (I. 17.), unde tum nova circa hos angulos determinatione non opus est. Pariter, si sit $AB<B\Gamma$, adeoque $\Delta E<EZ$, erit angulorum Γ et Z uterque acutus (I. 18. Cor. 1.), unde etiam tum res nova demonstratione haud eget. Quum vero demonstratum fuerit, esse angulum $AB\Gamma=\Delta EZ$, erunt tum ex I. 4. etiam ipsa triangula,

erunt, quos aequalia latera subtendunt (Prop. 4.); aequalis igitur $H\Gamma B$ angulus angulo $\varDelta ZE$. Sed $\varDelta ZE$ angulo $B\Gamma\varDelta$ ponitur aequalis; igitur et $B\Gamma H$ angulo $B\Gamma\varDelta$ aequalis est, minor maiori, quod fieri nequit. Non igitur inaequalis est AB rectae $\varDelta E$; aequalis igitur est. Est autem et $B\Gamma$ rectae EZ aequalis, duae igitur AB, $B\Gamma$ duabus $\varDelta E$, EZ aequales sunt, utraque utrique, et angulus $AB\Gamma$ angulo $\varDelta EZ$ est aequalis; basis igitur $A\Gamma$ basi $\varDelta Z$ aequalis est, et reliquus angulus $BA\Gamma$ reliquo angulo $E\varDelta Z$ aequalis est (Prop. 4.).

Sed et rursus, sint latera aequales angulos subtendentia aequalia, ut AB lateri $\varDelta E$; dico rursus et reliqua latera reliquis lateribus aequalia futura esse, $A\Gamma$ quidem lateri $\varDelta Z$, $B\Gamma$ vero lateri EZ, et adhuc reliquum angulum $BA\Gamma$ reliquo angulo $E\varDelta Z$ aequalem esse,

et omnes eorum partes inter se aequalia. Cf. Pfleiderer. l. c. p. 321. sq. Hic ex Clavio vel Tacqueto vel Whistono (Andr. Tacquet. Elem. Euclid. Geometriae illustrata a Guil. Whiston. Romae 1745. p. 23.) addi possunt sequentia corollaria, quorum pars iam ad praecedentes propositiones pertinet, at ob nexum cum reliquis hic adiicitur. Cf. Pfleiderer. l. c. p. 323.

Cor. 1. In triangulo aequicruro recta angulum ad verticem bisecans ad basin perpendicularis est, et basin aeque ac triangulum bisecat (I. 4.).

Cor. 2. In triangulo aequicruro recta, quae e vertice ducta basin bisecat, bisecat etiam angulum ad verticem, et triangulum, et perpendicularis est ad basin (I. 8.). Cf. dicta ad I. 10.

Cor. 3. In triangulo aequicruro recta, quae a vertice perpendicularis ducitur ad basin, basin vel angulum ad verticem et triangulum bisecat (I. 5. et I. 26.).

Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ ΒΓ τῇ ΕΖ, μία αὐτῶν μείζων ἐστίν. Ἔστω μείζων, εἰ δυνατὸν, ἡ ΒΓ τῆς ΕΖ, καὶ κείσθω τῇ ΕΖ ἴση ἡ ΒΘ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΘ.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΒΘ τῇ ΕΖ, ἡ δὲ ΑΒ τῇ ΔΕ, δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΘ δυσὶ ταῖς ΔΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνίας ἴσας περιέχουσι· βάσις ἄρα ἡ ΑΘ βάσει τῇ ΔΖ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ΑΒΘ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἴσον ἐστὶ, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ταῖς λοιπαῖς γωνίαις ἴσαι ἔσονται, ὑφ' ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΘΑ γωνία τῇ ὑπὸ ΕΖΔ. Ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΕΖΔ τῇ ὑπὸ ΒΓΑ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΒΘΑ ἄρα τῇ ὑπὸ ΒΓΑ ἐστὶν ἴση· τριγώνου δὴ τοῦ ΑΘΓ ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΒΘΑ ἴση ἐστὶ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ ὑπὸ ΒΓΑ, ὅπερ ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ ΒΓ τῇ ΕΖ, ἴση ἄρα. Ἔστι δὲ καὶ ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ ἴση· δύο δὴ αἱ ΑΒ, ΒΓ δυσὶ ταῖς ΔΕ, ΕΖ ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ, καὶ γωνίας ἴσας περιέχουσι· βάσις ἄρα ἡ ΑΓ βάσει τῇ ΔΖ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἴσον, καὶ λοιπὴ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῇ λοιπῇ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἴση. Ἐὰν ἄρα δύο καὶ τὰ ἑξῆς.

Cor. 4. Quod e media basi ad eam erigitur perpendiculum in triangulo aequicruro, transit per trianguli verticem, et angulum ad verticem bisecat. Quodsi enim non per verticem transeat, ducatur per verticem alia recta ad mediam basin, erit etiam haec ad basin perpendicularis in eodem puncto, quo prius illud perpendiculum, quod fieri nequit (I. 11. Cor. 2.).

Cor. 5. Rectae a quovis talis perpendiculi puncto ad puncta baseos extrema ductae efficiunt triangulum aequicrurum (I. 4.).

Si enim inaequalis est $B\Gamma$ rectae EZ una earum maior est. Sit maior, si fieri potest, $B\Gamma$ rectae EZ, et ponatur rectae EZ aequalis $B\Theta$, et iungatur $\Delta\Theta$.

Et quoniam aequalis est $B\Theta$ quidem rectae EZ, AB vero rectae ΔE, duae AB, $B\Theta$ duabus ΔE, EZ aequales sunt, utraque utrique, et angulos aequales continent; basis igitur $A\Theta$ basi ΔZ aequalis est, et triangulum $AB\Theta$ triangulo ΔEZ aequale est, et reliqui anguli reliquis angulis aequales erunt, quos aequalia latera subtendunt (Prop. 4.); aequalis igitur est angulus $B\Theta A$ angulo $EZ\Delta$. Sed $EZ\Delta$ angulo $B\Gamma A$ est aequalis; et $B\Theta A$ igitur angulo $B\Gamma A$ est aequalis; trianguli igitur $A\Theta\Gamma$ exterior angulus $B\Theta A$ aequalis est interiori et opposito $B\Gamma A$, quod fieri nequit (Prop. 16.). Non igitur inaequalis est $B\Gamma$ rectae EZ; aequalis igitur. Est autem et AB ipsi ΔE aequalis; duae igitur AB, $B\Gamma$ duabus ΔE, EZ aequales sunt, utraque utrique, et angulos aequales continent; basis igitur $A\Gamma$ basi ΔZ aequalis est, et triangulum $AB\Gamma$ triangulo ΔEZ aequale, et reliquus angulus $BA\Gamma$ reliquo angulo $E\Delta Z$ aequalis (Prop. 4.). Si igitur duo etc.

Cor. 6. Quae contra a puncto extra illud perpendiculum sito ad extrema basis ducuntur rectae, inaequales sunt, vel triangulum scalenum efficiunt. Nam quae a tali puncto ad mediam basin ducitur recta, illi oblique insistit (I. 11. Cor. 2.) vel ad alteram sui partem acutum, ad alterum obtusum angulum efficit, unde latera his angulis opposita inaequalia erunt (I. 24.). Itaque vertices omnium triangulorum aequicrurorum, super eadem basi constitutorum, sunt in perpendiculo e media basi erecto, vel illud perpendiculum est locus geometricus, in

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κζ.

Ἐὰν εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τὰς ἐναλλὰξ γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, παράλληλοι ἔσονται ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι.

Εἰς γὰρ δύο εὐθείας τὰς ΑΒ, ΓΔ εὐθεῖα ἐμπίπτουσα ἡ ΕΖ, τὰς ἐναλλὰξ γωνίας τὰς ὑπὸ ΑΕΖ, ΕΖΔ ἴσας ἀλλήλαις ποιείτω· λέγω, ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ.

Εἰ γὰρ μή, ἐκβαλλόμεναι αἱ ΑΒ, ΓΔ συμπεσοῦνται, ἤτοι ἐπὶ τὰ ΒΔ μέρη, ἢ ἐπὶ τὰ ΑΓ. Ἐκβεβλήσθωσαν, καὶ συμπιπτέτωσαν ἐπὶ τὰ ΒΔ μέρη κατὰ τὸ Η.

Τριγώνου δὴ τοῦ ΕΗΖ ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΑΕΖ ἴση ἐστὶ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ ὑπὸ ΕΖΗ[1], *ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· οὐκ ἄρα αἱ ΑΒ, ΓΔ ἐκβαλλόμεναι συμπεσοῦνται ἐπὶ τὰ ΒΔ μέρη. Ὁμοίως*

1) *Μείζων ἐστὶ τῆς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον γωνίας τῆς ὑπὸ ΕΖΗ· ἀλλὰ καὶ ἴση.* Ita edd. Basil. et Oxon. Peyrard. e Cod. a, cum quo consentit exemplar a Basil. ad marginem citatum, habet breviorem lectionem, quam in textu dedimus.

quo siti sunt vertices omnium triangulorum aequicrurorum, quae super hac basi constitui possunt.

Cor. 7. Si recta angulum trianguli alicuius bisecans oppositae basi est perpendicularis, triangulum illud erit aequicrurum (I. 26.).

Hanc primam huius libri partem antequam relinquamus, monendi videntur lectores, quam plurimas adhuc ad eas, quas hactenus tractavimus, propositiones pertinentes observationes utilissimas reperiri in Append. 2. eius, quam saepius citavimus, Chrestom. Geom. Hauberi, quas attente perlegere neminem harum rerum studiosum poenitebit.

PROPOSITIO XXVII.

Obs. Anguli alterni (*αἱ ἐναλλὰξ γωνίαι*) in hac proposi-

PROPOSITIO XXVII. (Fig. 44.)

Si in duas rectas recta incidens alternos angulos aequales inter se faciat, parallela erunt inter se rectae.

In duas enim rectas AB, $\Gamma\Delta$ recta incidens EZ, alternos angulos AEZ, $EZ\Delta$ aequales inter se faciat; dico parallelam esse AB rectae $\Gamma\Delta$.

Si enim non, productae AB, $\Gamma\Delta$, convenient vel ad $B\Delta$ partes, vel ad $A\Gamma$; producantur, et conveniant ad $B\Delta$ partes in H.

Trianguli igitur EHZ exterior angulus AEZ aequalis est interiori et opposito EZH, quod fieri nequit (Prop. 16.); non igitur AB, $\Gamma\Delta$ productae convenient ad $B\Delta$ partes. Similiter autem ostendetur

tione primum occurrunt. Sunt autem illi anguli, qui, si recta aliqua duas rectas secet, e diversis rectae secantis partibus, alter ad unam duarum, quae ab ea secantur, alter ad alteram constituuntur. Et quidem anguli alterni interni vocantur, si uterque est ad partem interiorem duarum rectarum, quae ab alia secantur, ut hic anguli AEZ, ΔZE, vel BEZ, ΓZE, et de his solis apud Euclidem sermo est. Sin autem, reliquis conditionibus manentibus, sit uterque ad partem externam rectarum, quae secantur, tum anguli alterni externi audiunt v. c. $AE\Lambda$, $MZ\Delta$, vel ΛEB, ΓZM. Caeterum etiam si anguli alterni externi fuerint aequales, aut (Prop. 28.) duo externi ad easdem partes secantis aequales fuerint duobus rectis, consequetur parallelismus rectarum, quae ita secantur, quod post Proclum notat Isaac. Monachus in Schol. ad Euclid. libr. VI. priores. Proclus adhuc observat, supponere Euclidem rectas in eodem plano positas. Cf. dicta ad Defin. 7.

Cor. 1. Si in figura quadrilatera $AB\Gamma\Delta$ (Fig. 45.) latera δὴ δειχθήσεται, ὅτι οὐδὲ ἐπὶ τὰ ΑΓ· αἱ δὲ ἐπὶ μηδέτερα τὰ μέρη συμπίπτουσαι, παράλληλοί εἰσι· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ. Ἐὰν ἄρα εἰς δύο καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κή.

Ἐὰν εἰς δύο εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τὴν ἐκτὸς γωνίαν τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἴσην ποιῇ, ἢ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιῇ· παράλληλοι ἔσονται ἀλλήλαις αἱ εὐθεῖαι.

Εἰς γὰρ δύο εὐθείας τὰς ΑΒ, ΓΔ εὐθεῖα ἐμπίπτουσα ἡ ΕΖ τὴν ἐκτὸς γωνίαν τὴν ὑπὸ ΕΗΒ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη [1]) γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ ἴσην ποιείτω, ἢ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰς ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας· λέγω, ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΕΗΒ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ, ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΕΗΒ τῇ ὑπὸ ΑΗΘ ἐστὶν ἴση, καὶ ἡ ὑπὸ ΑΗΘ ἄρα τῇ ὑπὸ ΗΘΔ ἐστὶν ἴση· καί εἰσιν ἐναλλάξ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ.

Πάλιν, ἐπεὶ αἱ ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν, εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ὑπὸ ΑΗΘ, ΒΗΘ δυσὶν

1) Verba καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη, quae Peyrard. secutus Codicem a expunxerat, et quae in edit. quoque Basil. desunt, ex edit. Oxon. restituimus. Eadem verba in ipso enunciato propos. sequentis desunt in cod. a, ubi tamen etiam Peyrard. ea retinuit.

opposita aequalia sint, nempe $AB = \Gamma\Delta$, $A\Gamma = B\Delta$, erunt eadem etiam parallela ex I. 8. et I. 27.

Cor. 2. Pariter, si $AB = \Gamma\Delta$, et $\Gamma BA = B\Gamma\Delta$, erit, ob $B\Gamma$ communem, ex I. 4. etiam $A\Gamma = B\Delta$, et tam AB, $\Gamma\Delta$, quam $A\Gamma$, $B\Delta$ parallelae (I. 27.).

neque ad $A\Gamma$; quae autem in neutras partes conveniunt, parallelae sunt (Def. 35.); parallela igitur est AB rectae $\Gamma\Delta$. Si igitur in duas etc.

PROPOSITIO XXVIII. (Fig. 46.)

Si in duas rectas recta incidens exteriorem angulum interiori et opposito et ad easdem partes aequalem faciat, vel interiores et ad easdem partes duobus rectis aequales faciat; parallelae erunt inter se rectae.

In duas enim rectas AB, $\Gamma\Delta$ recta incidens EZ exteriorem angulum EHB interiori et opposito et ad easdem partes posito angulo $H\Theta\Delta$ aequalem faciat, vel interiores et ad easdem partes ipsos $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ duobus rectis aequales; dico parallelam esse AB rectae $\Gamma\Delta$.

Quoniam enim aequalis est EHB angulo $H\Theta\Delta$, sed EHB angulo $AH\Theta$ est aequalis (Prop. 15.), et $AH\Theta$ igitur ipsi $H\Theta\Delta$ est aequalis (Ax. 1.); et sunt alterni; parallela igitur est AB ipsi $\Gamma\Delta$ (Prop. 27.).

Rursus, quoniam anguli $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ duobus rectis aequales sunt, sunt autem anguli $AH\Theta$, $BH\Theta$

Cor. 3. Denique, si $AB\Gamma = B\Gamma\Delta$, et $A\Gamma B = \Gamma B\Delta$, erit ex I. 26. $AB = \Gamma\Delta$, et $A\Gamma = B\Delta$, et tam AB, $\Gamma\Delta$, quam $A\Gamma$, $B\Delta$ parallelae (I. 27.).

PROPOSITIO XXVIII.

Obs. Duae conditiones, e quibus hic rectas parallelas esse concluditur, reducuntur ad conditionem propositionis praecedentis. Generatim nempe tres hae conditiones, ut facile patet, ita a se invicem pendent, ut nulla earum sine reὀρθαῖς ἴσαι· αἱ ἄρα ὑπὸ $AH\Theta$, $BH\Theta$ ταῖς ὑπὸ $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ ἴσαι εἰσίν. Κοινὴ ἀφῃρήσθω ἡ ὑπὸ $BH\Theta$, λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ $AH\Theta$ λοιπῇ τῇ ὑπὸ $H\Theta\Delta$ ἐστὶν ἴση· καί εἰσιν ἐναλλάξ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ AB τῇ $\Gamma\Delta$. Ἐὰν ἄρα εἰς δύο καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κθ΄.

Ἡ εἰς τὰς παραλλήλους εὐθείας εὐθεῖα ἐμπίπτουσα τάς τε ἐναλλὰξ γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιεῖ, καὶ τὴν ἐκτὸς τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον, καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἴσην, καὶ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας.

Εἰς γὰρ παραλλήλους εὐθείας τὰς AB, $\Gamma\Delta$ εὐθεῖα ἐμπιπτέτω ἡ EZ· λέγω, ὅτι τάς τε ἐναλλὰξ γωνίας τὰς ὑπὸ $AH\Theta$, $H\Theta\Delta$ ἴσας ποιεῖ, καὶ τὴν ἐκτὸς γωνίαν τὴν ὑπὸ EHB τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τῇ ὑπὸ $H\Theta\Delta$ ἴσην, καὶ τὰς ἐντὸς καὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τὰς ὑπὸ $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας.

liquis locum habere possit. Caeterum poterat etiam Prop. 28. immediate demonstrari, similiter ac Prop. 27.

PROPOSITIO XXIX.

Obs. In hac propositione, quae conversa est duarum praecedentium, primum adhibetur notum illud axioma undecimum, vel, ut alii volunt, postulatum quintum. Quod quidem, quamvis verissimum, haud tamen aeque perspicuum esse ac reliqua Euclidis axiomata, ita ut omnibus, quibus innotescat, statim, etiam sine ulla illustratione, assensum quasi extorqueat, pleriquo omnes fatentur. Iam Proclus circa postulatum illud quintum monet: „esse potius theorema multis dubiis obnoxium, unde et Ptolemaeus illud libro singulari demonstrare tentaverit, et pluribus definitionibus ac theoduobus rectis aequales; ergo $AH\Theta$, $BH\Theta$ ipsis $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ aequales sunt (Ax. 1.). Communis auferatur $BH\Theta$; reliquus igitur $AH\Theta$ reliquo $H\Theta\Delta$ est aequalis (Ax. 3.); et sunt alterni; parallela igitur est AB rectae $\Gamma\Delta$ (Prop. 27.). Si igitur in duas etc.

PROPOSITIO XXIX. (Fig. 46.)

In parallelas rectas recta incidens, et alternos angulos aequales inter se facit, et exteriorem interiori et opposito et ad easdem partes aequalem, et interiores et ad easdem partes duobus rectis aequales.

In parallelas enim rectas AB, $\Gamma\Delta$ recta incidat EZ; dico eam alternos angulos $AH\Theta$, $H\Theta\Delta$ aequales facere, et exteriorem angulum EHB interiori et opposito et ad easdem partes $H\Theta\Delta$ aequalem, et interiores ad easdem partes $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ duobus rectis aequales.

tematibus ad eius demonstrationem opus esse, et propositionem conversam (I. 17.) Euclidem demonstravisse. Forte quosdam eo deceptos hanc propositionem postulatis annumerare, quod, si anguli fiant duobus rectis minores, rectarum erga se inclinatio et concursus per se patere videatur. At recte contra hos Geminum monere, peritissimos geometriae magistros praecipere, probabiles opiniones abesse debere ab huius scientiae ratiociniis. Et Aristotelem dicere, aeque absurdum esse, ab oratore demonstrationem petere, et a geometra persuaderi sibi pati. Et Symmiam apud Platonem ita habere: qui e verisimilibus demonstrationem petunt, eos vanos ingenio esse scio. Atque rectas, si anguli sint duobus rectis minores, erga se invicem inclinari, verum quidem esse ac necessarium. Lineas autem magis magisque ad se inclina-

Εἰ γὰρ ἄνισός ἐστιν ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ, μία αὐτῶν μείζων ἐστίν. Ἔστω μείζων ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῆς ὑπὸ ΗΘΔ [1]. Κοινὴ προςκείσθω ἡ ὑπὸ ΒΗΘ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΗΘ, ΒΗΘ τῶν ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ μείζονές εἰσιν. Ἀλλὰ αἱ ὑπὸ ΑΗΘ, ΒΗΘ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· αἱ ἄρα ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές εἰσιν. Αἱ δὲ ἀπ᾽ ἐλασσόνων ἢ δύο ὀρθῶν ἐκβαλλόμεναι εἰς ἄπειρον συμπίπτουσιν· αἱ ἄρα ΑΒ, ΓΔ ἐκβαλλόμεναι εἰς ἄπειρον συμπεσοῦνται· οὐ συμπίπτουσι δὲ, διὰ τὸ παραλλήλους αὐτὰς ὑποκεῖσθαι· οὐκ ἄρα ἄνισός ἐστιν ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῇ ὑπὸ ΗΘΔ· ἴση ἄρα.

1) Edd. Basil. et Oxon. habent: *ἔστω μείζων ἡ ὑπὸ ΑΗΘ. Καὶ ἐπεὶ μείζων ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΗΘ.* Nos cum Peyrardo secuti sumus lectionem breviorem cod. a.

tas, si producantur, alicubi concurrere, verum quidem esse, at non necessarium, nisi quis rationibus demonstret, in rectis id verum esse. Esse enim quasdam lineas in infinitum quidem propius ad se accedentes, nec tamen concurrentes; id, quamvis incredibile videatur, verum tamen esse, et in aliis lineis ita observatum. Unde dubium oriri, nonne et in rectis verum esse possit, quod verum sit in aliis lineis. Quod antequam per demonstrationes refutatum sit, menti molestiae quid afferre. Quum praeterea dubia, quae circa concursum earum rectarum prolata sint, satis sint speciosa, praestare sane, ista saltem probabilia, nec rationibus innixa, his libris excludere. Patere itaque, demonstrationem quaeri oportere." Similes aliorum querelas hic omitto. Nec tamen defuere, qui Euclidem haud absurde defendi posse, aut eius praecepta modo aliqua illustratione opus habere putarent, e quibus eminet Wallisius (Opp. Mathem. T. II. p. 668. sqq.), de quo infra in Excursu ad hunc locum. Quidquid sit, orta sunt quam plurima tentamina hanc quasi lacunam explendi, de quorum

Si enim inaequalis est $AH\Theta$ angulo $H\Theta\Delta$, unus eorum maior est; sit maior $AH\Theta$ angulo $H\Theta\Delta$. Communis addatur $BH\Theta$; ergo $AH\Theta$, $BH\Theta$ angulis $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ maiores sunt. Sed $AH\Theta$, $BH\Theta$ duobus rectis aequales sunt (Prop. 13.); et igitur $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ duobus minores rectis sunt. Rectae autem a minoribus quam duobus rectis productae in infinitum concurrunt (Post. 5. vel Ax. 11.). Ipsae igitur AB, $\Gamma\Delta$ productae in infinitum concurrent; non autem concurrunt, quia parallelae ponuntur; non igitur inaequalis est $AH\Theta$ angulo $H\Theta\Delta$; aequalis igitur.

praecipuis ad finem huius libri disseremus. Hic sufficiat monere, omnes, quae nostram hanc praecedunt, propositiones et pariter I. 31., sine illo axiomate demonstrari, et nonnullas etiam alias e sequentibus, at quam plurimam reliquarum partem inde derivari, unde, quam late res pateat, facile perspicitur.

Cor. 1. Quodsi in figura parallelogramma unus angulus rectus sit, erunt omnes recti. Aliter ita: Si recta secans duas parallelas perpendicularis sit ad unam earum, erit etiam ad alteram perpendicularis. (E Pfleidereri schedis, unde et multa in sequentibus, vel ubi non semper expresse monuerimus, desumta sunt.)

Cor. 2. In omni parallelogrammo anguli eidem lateri adiacentes simul sumti aequales sunt duobus rectis.

Cor. 3. Recta AB (Fig. 47.) quae unam duarum parallelarum $B\Gamma$, ΔE, cum quibus in eodem plano est, secat, etiam alteram secat. Ducatur enim ex puncto quocunque Z rectae ΔE recta ZB, eritque (I. 29.) $EZB + ZB\Gamma = 2$ rectis, hinc $EZB + ZBA < 2$ rectis, adeoque BA, ΔE concurrent (Ax. 11. vel Post. 5.).

Cor. 4. (Peletarii) Si duae rectae, quae duas parallelas secant, ad unum inter ipsas punctum coierint, duosque

Ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῇ ὑπὸ ΕΗΒ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΕΗΒ ἄρα τῇ ὑπὸ ΗΘΔ ἐστὶν ἴση.

Κοινὴ προσκείσθω ἡ ὑπὸ ΒΗΘ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΕΗΒ, ΒΗΘ ταῖς ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ ἴσαι εἰσίν. Ἀλλὰ αἱ ὑπὸ ΕΗΒ, ΒΗΘ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσί· καὶ αἱ ὑπὸ ΒΗΘ, ΗΘΔ ἄρα δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. Ἡ ἄρα εἰς τὰς παραλλήλους καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λ΄.

Αἱ τῇ αὐτῇ εὐθείᾳ παράλληλοι καὶ ἀλλήλαις εἰσὶ παράλληλοι.

Ἔστω ἑκατέρα τῶν ΑΒ, ΓΔ τῇ ΕΖ παράλληλος· λέγω, ὅτι καὶ ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ ἐστὶ παράλληλος.

Ἐμπιπτέτω γὰρ εἰς αὐτὰς εὐθεῖα ἡ ΗΚ.

Καὶ ἐπεὶ εἰς παραλλήλους εὐθείας τὰς ΑΒ, ΕΖ εὐθεῖα ἐμπέπτωκεν ἡ ΗΚ, ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΗΘ τῇ ὑπὸ ΗΘΖ. Πάλιν, ἐπεὶ εἰς τὰς παραλλήλους εὐθείας τὰς ΕΖ, ΓΔ εὐθεῖα ἐμπέπτωκεν ἡ ΗΚ, ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΗΘΖ τῇ ὑπὸ ΗΚΔ. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΗΚ τῇ ὑπὸ ΗΘΖ ἴση. Καὶ ἡ ὑπὸ ΑΗΚ

angulos alternos aequales fecerint, aut angulum externum aequalem interno opposito ad easdem partes, aut duos internos ex alterutra parte aequales: erunt istae duae rectae in directum, vel in unam lineam coincident. Haec propositio, quae est conversa I. Prop. 29. sumto contrario facile apagogice demonstratur.

Cor. 5. Si e duabus rectis *AB*, *BΓ* (Fig. 48.), quae in puncto *B* conveniunt, una quidem *AB* alii *αδ*, altera autem *BΓ* alii *γε* parallelae sint, sint autem *αδ*, *γε* in eodem plano, in quo et *AB*, *BΓ* sunt, convenient etiam *αδ*, *γε* sub angulo aequali angulo *ABΓ*. Quum enim *BΓ*, *γε* parallelae sint, recta *AB*, quae ex hyp. unam earum *BΓ* secat, secabit etiam

Sed $AH\Theta$ angulo EHB est aequalis (Prop. 15.); et EHB igitur angulo $H\Theta\Delta$ est aequalis.

Communis addatur $BH\Theta$; ergo EHB, $BH\Theta$ angulis $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ aequales sunt. Sed EHB, $BH\Theta$ duobus rectis aequales sunt (Prop. 13.); et $BH\Theta$, $H\Theta\Delta$ igitur duobus rectis aequales sunt. Ergo in parallelas etc.

PROPOSITIO XXX. (Fig. 49.)

Quae eidem rectae parallelae sunt, et inter se sunt parallelae.

Sit utraque rectarum AB, $\Gamma\Delta$ rectae EZ parallela; dico et AB rectae $\Gamma\Delta$ esse parallelam.

Incidat enim in ipsas recta HK.

Et quoniam in parallelas rectas AB, EZ recta incidit HK, aequalis est $AH\Theta$ angulo $H\Theta Z$ (Prop. 29.). Rursus quoniam in parallelas rectas EZ, $\Gamma\Delta$ recta incidit HK, aequalis est $H\Theta Z$ angulo $HK\Delta$ (Prop. 28.). Ostensus est autem et AHK angulo $H\Theta Z$ aequalis; AHK igitur angulo $HK\Delta$ est aequa-

alteram. $\gamma\epsilon$ in puncto aliquo ζ (I. 29. Cor. 3.), eritque $B\zeta\gamma = AB\Gamma$ (I. 29.). Pariter, quum AB, $\alpha\delta$ parallelae sint, recta $\gamma\epsilon$, quae, ut ostendimus, rectam AB secat, secabit etiam $\alpha\delta$ in puncto aliquo β (I. 29. Cor. 3.), eritque angulus $\alpha\beta\gamma = B\zeta\gamma = AB\Gamma$ (I. 29.). Eodem modo ostenditur, $\alpha\beta$ et $B\Gamma$ productas se invicem secare, unde patet, dari figuras parallelogrammas (Def. 36.). Praeterea ex hoc Cor. et I. 27. Cor. 1. manifestum est, quadratum, rectangulum, rhombum et rhomboïden esse parallelogramma (Def. 30—33.).

PROPOSITIO XXX.

Obs. Proclus notat, rem eodem modo demonstrari posse, *ἄρα τῇ ὑπὸ ΗΚΔ ἐστὶν ἴση· καί εἰσιν ἐναλλάξ. Παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒ τῇ ΓΔ. Αἱ ἄρα τῇ αὐτῇ εὐθείᾳ καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λά.

Διὰ τοῦ δοθέντος σημείου 1), *τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ παράλληλον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.*

Ἔστω τὸ μὲν δοθὲν σημεῖον τὸ Α, ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΒΓ· δεῖ δὴ, διὰ τοῦ Α σημείου, τῇ ΒΓ εὐθείᾳ παράλληλον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν.

Εἰλήφθω ἐπὶ τῆς ΒΓ τυχὸν σημεῖον τὸ Δ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΔ· καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ ΔΑ εὐθείᾳ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Α, τῇ ὑπὸ ΑΔΓ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΔΑΕ· καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπ' εὐθείας τῆς ΕΑ εὐθεῖα ἡ ΑΖ.

Καὶ ἐπεὶ εἰς δύο εὐθείας τὰς ΒΓ, ΕΖ εὐθεῖα ἐμπίπτουσα ἡ ΑΔ τὰς ἐναλλὰξ γωνίας τὰς ὑπὸ ΕΑΔ, ΑΔΓ ἴσας ἀλλήλαις πεποίηκε, παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΖ τῇ ΒΓ.

Διὰ τοῦ δοθέντος ἄρα σημείου τοῦ Α, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ τῇ ΒΓ παράλληλος εὐθεῖα γραμμὴ ἦκται ἡ ΕΑΖ· ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

1) Cod. a. addit: *ὃ μή ἐστιν ἐπὶ αὐτῆς.*

quamvis recta *EZ*, quae duabus reliquis parallela ponitur, haud intermedia inter illas, sed extra utramque posita fuerit.

PROPOSITIO XXXI.

Obs. 1. Punctum datum ita situm esse debet, ut recta data etiam producta non cum eo conveniat, quod notant Proclus et Clavius.

Obs. 2. Alia ratio problema hoc solvendi patet ex I. 27. Cor. 1., ubi, si (Fig. 45.) per *A* ducenda sit parallela lis; et sunt alterni. Parallela igitur est AB ipsi $\Gamma\Delta$ (Prop. 27.). Quae igitur eidem rectae etc.

PROPOSITIO XXXI. (Fig. 50.)

Per datum punctum, datae rectae parallelam rectam lineam ducere.

Sit quidem datum punctum A, data vero recta $B\Gamma$; oportet igitur, per A punctum, rectae $B\Gamma$ parallelam rectam lineam ducere.

Sumatur in $B\Gamma$ quodlibet punctum Δ, et iungatur $A\Delta$; et constituatur ad ΔA rectam, et ad punctum in ea A, angulo $A\Delta\Gamma$ aequalis angulus ΔAE (Prop. 23.), et producatur in directum ipsi EA recta AZ.

Et quoniam in duas rectas $B\Gamma$, EZ recta incidens $A\Delta$ alternos angulos $EA\Delta$, $A\Delta\Gamma$ aequales inter se facit, parallela est EZ rectae $B\Gamma$ (Prop. 27.).

Per datum igitur punctum A, datae rectae $B\Gamma$ parallela recta linea ducta est EAZ. Quod oportebat facere.

rectae $\Gamma\Delta$, sumto in $\Gamma\Delta$ puncto quocunque Γ, descriptisque ex A, Γ, radio eodem quocunque circulis, posterior rectam $\Gamma\Delta$ secabit in puncto aliquo Δ, e quo deinde circulis radio $A\Gamma$ descriptus intersecabit circulum ex A descriptum in puncto B, ita ut ducta recta AB parallela sit rectae $\Gamma\Delta$.

Cor. Non plures una recta per idem punctum eidem rectae parallelae duci possunt. Ducantur enim, si fieri potest, duae uni eidemque rectae parallelae; erunt itaque (I. 30.) et ipsae inter se parallelae, quod, cum se in puncto aliquo secent, fieri nequit (Def. 35.).

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λβ'.

Παντὸς τριγώνου μιᾶς τῶν πλευρῶν προςεκβληθείσης, ἡ ἐκτὸς γωνία δυσὶ ταῖς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον ἴση ἐστί· καὶ αἱ ἐντὸς τοῦ τριγώνου τρεῖς γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν.

PROPOSITIO XXXII.

Obs. Proclus refert, Eudemum Peripateticum ad Pythagoraeos huius theorematis inventionem referre. Alias etiam demonstrationes exhibet Proclus, quibus primum propositionis pars posterior adstruitur, et exinde pars prior derivatur. Demonstrationem immediatam, non adhibita parallelarum theoria, exhibere tentavit Thibaut., de qua infra in Exc. I. Est autem haec propositio consequentiarum longe fertilissima, quarum praecipuae ex Proclo, Clavio, Tacqueto, Pfleiderero maxime, aliisque desumtae hae fere fuerint.

Cor. 1. Conversa quoque valet. Nempe, si (Fig. 51.) angulus aliquis exterior *ΑΓΔ* ad triangulum aliquod aequalis sit duobus trianguli angulis internis oppositis *ΒΑΓ*, *ΑΒΓ* simul sumptis, erit recta *ΓΔ* rectae *ΒΓ* in directum. Erunt enim anguli *ΑΓΒ*+*ΑΓΔ* aequales tribus angulis trianguli *ΑΒΓ* i. e. ex hac propos. duobus rectis, unde *ΒΓ*, *ΓΔ* in directum erunt (I. 14.).

Cor. 2. Omnia triangula eandem angulorum summam habent.

Cor. 3. Quodsi duo anguli unius trianguli singuli aut simul sumti aequales sint duobus angulis alterius trianguli singulis aut simul sumtis, tertius etiam angulus prioris trianguli aequalis est tertio angulo posterioris trianguli: et contra, si duo triangula unum angulum aequalem habeant, aequalis etiam erit reliquorum summa.

Cor. 4. Si in triangulo aliquo dati sint duo anguli singulatim, aut simul sumti, datus est etiam tertius: et, si unus datus est, data est reliquorum summa.

Cor. 5. Prout unus angulus trianguli rectus, aut obtusus, aut acutus fuerit, summa reliquorum aequalis, aut mi-

PROPOSITIO XXXII.

Omnis trianguli uno latere producto, exterior angulus duobus interioribus et oppositis aequalis est; et interiores trianguli tres anguli duobus rectis aequales sunt.

nor, aut maior recto erit, et vice versa. Et unusquisque trianguli alicuius angulus rectus, aut obtusus, aut acutus erit, prout duo reliqui simul ipsi aequales, aut minores, aut maiores eo fuerint, et vice versa.

Cor. 6. Trianguli aequicruri dato uno angulo dantur etiam reliqui. Quum enim (I. 5.) anguli ad basin aequales sint, erit, dato uno angulorum ad basin, alter ei aequalis, et tertius ad verticem angulus datus erit (Cor. 4.), si vero primum datus fuerit angulus ad verticem, data erit reliquorum summa (Cor. 4.), unde, quum sint aequales (I. 5.) pariter singuli dati erunt.

Cor. 7. Prout angulus ad verticem trianguli aequicruri fuerit rectus, aut obtusus, aut acutus, quisque reliquorum vel aequalis erit dimidio recto, vel minor, vel maior dimidio recto.

Cor. 8. In quovis triangulo aequicruro utervis angulus ad basin erit dimidius anguli externi ad verticem.

Cor. 9. Trianguli aequilateri quisque angulus efficit tertiam partem duorum rectorum, vel duas tertias recti.

Cor. 10. Si in triangulo aequilatero ex vertice demittatur perpendiculum ab basin, duo orientur triangula rectangula, quorum anguli, praeter rectum, alter tertiam partem recti, alter duas tertias recti efficit. Hinc patet ratio, angulum rectum in tres partes aequales, et deinde bisecando (I. 9.) in sex, duodecim etc. partes aequales dividendi.

Cor. 11. Si in triangulo aequicruro $AB\Gamma$ (Fig. 52.) alterum crus AB ultra verticem producatur, usquedum $A\Delta$ fiat $=AB$, et iungatur $\Delta\Gamma$, erit angulus $\Delta\Gamma B$ rectus. Omnes enim anguli trianguli $B\Gamma\Delta = 2$ rectis, at, ob $AB\Gamma = A\Gamma B$, Ἔστω τρίγωνον τὸ $AB\Gamma$, καὶ προςεκβεβλήσθω αὐτοῦ μία πλευρὰ ἡ $B\Gamma$ ἐπὶ τὸ Δ· λέγω, ὅτι ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ $A\Gamma\Delta$ ἴση ἐστὶ ταῖς δυσὶ ταῖς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον ταῖς ὑπὸ ΓAB, $AB\Gamma$· καὶ αἱ ἐντὸς τοῦ τριγώνου τρεῖς γωνίαι, αἱ ὑπὸ $AB\Gamma$, $B\Gamma A$, ΓAB δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν.

Ἤχθω γὰρ, διὰ τοῦ Γ σημείου, τῇ AB εὐθείᾳ παράλληλος ἡ ΓE.

et $\Delta\Delta\Gamma = A\Gamma\Delta$ (I. 5.), erit $A\Gamma B + A\Gamma\Delta$ i. e. $\Delta\Gamma B$ haec summa dimidia, adeoque aequalis recto. Hinc facile patet ratio, ad rectam $B\Gamma$ in puncto ipsius Γ extremo perpendicularem erigendi, descripto nempe super $B\Gamma$ triangulo aequilatero $\Delta B\Gamma$, factaque $A\Delta = AB$, et ducta $\Delta\Gamma$.

Cor. 12. In quavis figura rectilinea (Fig. 53.) cuius anguli omnes extra figuram vergunt (angles saillans), ut itaque versus partes interiores figurae concavi sint, omnes anguli simul efficiunt bis tot rectos angulos, demtis quatuor, quot figura habet latera vel angulos, vel, si figura habeat n latera, omnes anguli simul efficient (2n—4) angulos rectos, vel (n —2)$\times$2R, si R rectum denotat. Nempe in omni tali figura v. c. $AB\Gamma\Delta EZ$ ab uno angulo quocunque A ad reliquos angulos omnes, exceptis duobus ipsi proximis, duci possunt rectae diversae a lateribus figurae, quae figuram in totidem triangula divident: itaque, si figura habet n angulos, provenient n—2 triangula, et, quum summa angulorum cuiusque trianguli sit $=2R$ erit summa omnium istorum angulorum $=(n-2)\times 2R$. Ita v. c. in quovis quadrangulo summa angulorum erit $=4R$; in quovis pentagono $=6R$; in quovis hexagono $=8R$ etc. Est haec propositio iam apud Proclum. Conversam quoque, nempe, si anguli quotcunque, quorum numerus $=n$, dati sint, sitque eorum summa $=(n-2)\times 2R$, construi posse figuram rectilineam n laterum, cuius anguli aequales sint datis istis angulis, demonstrat Develey, Elem. de Géom. Append. ad Livr. II. §. 45.

Sit triangulum $AB\Gamma$, et producatur ipsius unum latus $B\Gamma$ in Δ; dico exteriorem angulum $A\Gamma\Delta$ aequalem esse duobus interioribus et oppositis ΓAB, $AB\Gamma$, et interiores trianguli tres angulos $AB\Gamma$, $B\Gamma A$, ΓAB duobus rectis aequales esse.

Ducatur enim, per Γ punctum, rectae AB parallela ΓE (Prop. 31.).

Cor. 13. Quodsi igitur in quadrangulo tres anguli recti fuerint, vel saltem summam trium rectorum effecerint, etiam quartus rectus erit, et contra: si unus rectus sit, summa trium reliquorum simul tres rectos efficiet: et, si in quadrangulo duo anguli simul duos rectos faciant, facient etiam reliqui duo simul duos rectos.

Cor. 14. Quodsi vero (Fig. 54.) nonnulli figurae anguli introrsum vergant (angles rentrans), ita tamen, ut nullum figurae latus plura duobus e reliquis lateribus secent, etiam talis figura resolvi poterit in tot triangula, demtis duobus, quot figura latera habet, e. g. si figura n latera habeat, in n—2 triangula, et summa angulorum horum triangulorum pariter efficiet $(n-2)\times 2R$. At observandum est, horum triangulorum summam intrare angulos illos gibbos s. introrsum vergentes, siquidem angulos eos dicere velis. Sensu enim magis solito angulus vocatur inclinatio duarum rectarum ex ea parte, qua minor est duobus rectis. Quidquid sit, si angulos hos gibbos numerare velis, erit adhuc summa angulorum internorum figurae, $=(n-2)\times 2R$. Quodsi figura habeat N angulos gibbos A, B, C etc. adeoque praeter eos n—N angulos consueto sensu sumtos, vel concavos, quisque angulorum gibborum habebit alium ipsi contiguum, extrorsum vergentem, solito sensu sumtum, A v. c. habebit angulum contiguum a, B angulum b, etc. ita ut $A=4R-a$, $B=4R-b$ etc. adeoque $A+B+C\ldots\ldots$ (quorum numerus N) $=4N.R-(a+b+c\ldots.)$. Iam, si summa angulorum concavorum figurae ab-

Καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΕ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐμπέπτωκεν ἡ ΑΓ, αἱ ἐναλλὰξ γωνίαι αἱ ὑπὸ ΒΑΓ, ΑΓΕ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν. Πάλιν, ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΓΕ, καὶ εἰς αὐτὰς ἐμπέπτωκεν εὐθεῖα ἡ ΒΔ· ἡ ἐκτὸς γωνία ἡ ὑπὸ ΕΓΔ ἴση ἐστὶ τῇ ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον τῇ ὑπὸ ΑΒΓ. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΓΕ τῇ ὑπὸ ΒΑΓ ἴση· ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΓΔ ἐκτὸς γωνία ἴση ἐστὶ δυσὶ ταῖς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον ταῖς ὑπὸ ΒΑΓ, ΑΒΓ.

qualis sit angulo S, erit $S+A+B+C \ldots\ldots = (n-2)\times 2R$, adeoque $S+4N.R-(a+b+c \ldots\ldots) = 2nR-4R$, vel $S-(a+b+c \ldots\ldots) = 2nR-(N+1)4R$, i. e. summa angulorum concavorum figurae superabit summam angulorum gibbis contiguorum, duobus rectis tot vicibus sumtis, quot figura latera habet, demtis quatuor rectis una vice plus sumtis, quam anguli gibbi adsunt. Hinc consequitur, si fuerit $n=2(N+1)$ fore $S=a+b+c \ldots\ldots$ ut, si figura aliqua quatuor latera habuerit, adeoque $n=4$ fuerit, et unus in ea angulus gibbus sit, (plures enim tum gibbi esse nequeunt) erit $S=a$, quod etiam ex figura facile patet. Quodsi unum latus plura duobus e reliquis intersecet, figura implicatior vix dicere permittit, qui anguli interni aut externi vocari debeant, neque res tanti est, ut ei iam immorari liceat.

Cor. 15. Si in figura rectilinea, quae angulos gibbos non habet (Fig. 55.) singula latera figurae producantur ordinatim versus easdem partes, omnes anguli externi aequales erunt quatuor rectis, quicunque sit numerus laterum figurae. Nam quilibet externus cum ipsi contiguo interno aequalis est duobus rectis. Omnes igitur externi cum omnibus internis bis tot rectis aequales sunt, quot figura latera habet. At interni soli (Cor. 12.) bis tot rectis, quot figura latera habet, demtis quatuor rectis. Ergo anguli externi simul aequantur quatuor rectis. (Est etiam haec propositio Procli.)

Et quoniam parallela est AB rectae ΓE, et in ipsas incidit $A\Gamma$, alterni anguli $BA\Gamma$, $A\Gamma E$ aequales inter se sunt (Prop. 29). Rursus, quoniam parallela est AB rectae ΓE, et in ipsas incidit recta $B\Delta$, exterior angulus $E\Gamma\Delta$ aequalis est interiori et opposito $AB\Gamma$ (Prop. 29.). Ostensus autem est et $A\Gamma E$ angulo $BA\Gamma$ aequalis; totus igitur $A\Gamma\Delta$ exterior angulus aequalis est duobus interioribus et oppositis $BA\Gamma$, $AB\Gamma$.

Cor. 16. Si figurae rectilineae angulos gibbos habent (Fig. 56.), hi quidem proprie loquendo non habent angulum externum simili ratione, ac in reliquis, formatum. Unum enim latus anguli gibbi productum intra figuram cadit. Quodsi vero ad analogiam reliquorum eos angulos, quos unum latus productum cum latere sibi contiguo facit, improprie pro angulis externis sumere velis, erit excessus angulorum externorum proprie dictorum super hos externos improprie dictos aequalis duobus rectis. Quodsi enim omnes litterae idem significent, ac in Cor. 14., sit summa angulorum proprie dictorum externorum, qui ad $(n-N)$ angulos concavos formantur, $=$ angulo Σ, eritque $\Sigma=(n-N).2R-S=n.2R-N.2R-S$. Deinde, si anguli illi improprie dicti externi, qui ad angulos gibbos proveniunt uno latere producto, vocentur α, β, γ . . . erunt $\alpha+\beta+\gamma$ . . . $=A+B+C$ . . . $-2N.R$, adeoque $\Sigma-(\alpha+\beta+\gamma \ldots)=n.2R-S-(A+B+C \ldots)$. At ex Cor. 14. $S+A+B+C \ldots =(n-2).2R=n.2R-4R$, hinc $\Sigma-(\alpha+\beta+\gamma \ldots)=4R$. Etiam hic figuras tantum consideramus, in quibus nullum latus pluribus quam duobus e reliquis occurrit.

Cor. 17. Si figura aliqua rectilinea (Fig. 57.) ita comparata sit, ut duo quaecunque latera, quae unum latus inter se interpositum habent, extra figuram ab ea lateris interpositi parte, e qua non est figura rectilinea, concurrant, anguli, quos haec latera efficiunt, simul sumti bis tot rectos efficiunt, *Κοινὴ προςκείσθω ἡ ὑπὸ ΑΓΒ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΓΔ, ΑΓΒ τρισὶ ταῖς ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΑ, ΓΑΒ ἴσαι εἰσίν. Ἀλλ' αἱ ὑπὸ ΑΒΔ, ΑΓΒ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσί· καὶ αἱ ὑπὸ ΑΓΒ, ΓΒΑ, ΓΑΒ ἄρα δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. Παντὸς ἄρα τριγώνου καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λγ'.

Αἱ τὰς ἴσας τε καὶ παραλλήλους ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη ἐπιζευγνύουσαι εὐθεῖαι, καὶ αὐταὶ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν.

Ἔστωσαν ἴσαι τε καὶ παράλληλοι αἱ ΑΒ, ΓΔ, καὶ ἐπιζευγνύτωσαν αὐτὰς ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη εὐθεῖαι αἱ ΑΓ, ΒΔ· λέγω, ὅτι καὶ αἱ ΑΓ, ΒΔ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΒΓ.

quot figura habet latera, demtis octo rectis, v. c. in pentagono duos, in hexagono quatuor, in figura n laterum 2nR—8R. Formantur enim n triangula, quorum anguli efficiunt 2nR, a quibus si subtrahantur anguli figurae externi bis sumti, erunt anguli illi nunc demum formati simul =2nR —8R. In triangulis et quadrilateris occursus ille ita, ut diximus, locum habere nequit. De pentagono rem primum demonstravit Campanus. Idem adhuc valet, etiamsi duo latera, quae unum inter se interpositum habent, parallela sint.

Cor. 18. In figuris rectilineis, quarum omnes anguli aequales sunt, e numero laterum vel angulorum facile quantitas uniuscuiusque anguli determinatur. Quum enim e Cor. 12. omnes anguli simul in figura, quae n latera habet, sint (n—2).2R, erit unusquisque angulorum $=\frac{(n-2).2R}{n}=2R-\frac{4R}{n}$.

Cor. 19. Quum omnes anguli circa aliquod punctum constituti simul efficiant quatuor rectos (I. 15. Cor. 3.) spatium circa aliquod punctum figuris aequiangulis eundem om-

Communis addatur $A\Gamma B$; ergo $A\Gamma\Delta$, $A\Gamma B$ tribus $AB\Gamma$, $B\Gamma A$, ΓAB aequales sunt. Sed $A\Gamma\Delta$, $A\Gamma B$ duobus rectis aequales sunt (Prop. 13.); et $A\Gamma B$, ΓBA, ΓAB igitur duobus rectis aequales sunt. Omnis igitur trianguli etc.

PROPOSITIO XXXIII. (Fig. 58.)

Quae et aequales et parallelas ad easdem partes coniungunt rectae, et ipsae aequales et parallelae sunt.

Sint et aequales et parallelae AB, $\Gamma\Delta$, et coniungant ipsas ad easdem partes rectae $A\Gamma$, $B\Delta$; dico et $A\Gamma$, $B\Delta$ et aequales et parallelas esse.

Iungatur enim $B\Gamma$.

nibus angulum ad hoc punctum comprehendentibus tum saltem expleri poterit, si unus istorum angulorum pars aliquota quatuor rectorum fuerit, vel, si numerus n laterum talis figurae ita sit comparatus, ut $4R : \frac{(n-2).2R}{n}$, vel $\frac{2n}{n-2}$ sit numerus integer. Id vero non fiet, nisi sit vel $n=3$ (ubi sex anguli trianguli aequianguli i. e. aequilateri spatium explebunt), vel $n=4$ (ubi quatuor anguli quadrilateri aequianguli i. e. rectanguli idem efficient) vel $n=6$ (ubi tres anguli hexagoni aequianguli rem praestabunt). Pythagoricum hoc theorema esse ad I. 15. Cor. observat Proclus.

PROPOSITIO XXXIII.

Obs. Hac ratione pariter ac in I. 29. Cor. 5. oriuntur parallelogramma, et quidem hic ea addita conditione, ut unum parallelogrammi latus, cui aequale est alterum ipsi oppositum, magnitudine datum esse possit.

Cor. 1. Recta, cuius duo puncta ab alia recta aeque distant, i. e. cuius duobus punctis in alteram demissa per-

aequalis esse debet hypotenusae trianguli rectanguli, cuius latera circa angulum rectum sint, unum quidem datae rectae I, alterum datae EA aequalia. Hinc sequens enascitur constructio; datae laterum trianguli differentiae $\Delta\Gamma$, bifariam in puncto E divisae perpendicularis in altero eius extremo A constituatur AB = datae rectae I; tum centro E intervallo EB describatur circulus; qui ob EB > EA (I. 19.) ideoque et $> E\Gamma$ rectam $\Gamma\Delta$ utrimque productam secabit. Sint puncta Z, Λ hae sectiones. Erit rectangulum sub ΓZ et $Z\Delta$ vel sub $\Lambda\Delta$ et $\Gamma\Lambda$, quod requiritur. Nempe 1) tam $\Gamma Z - Z\Delta$, quam $\Lambda\Delta - \Gamma\Lambda = \Delta\Gamma$. 2) Rectangulus $\Gamma Z \times Z\Delta + E\Delta$ q $= EZ$ q, et rectang. $\Lambda\Delta \times \Lambda\Gamma + E\Gamma_q =$ $E\Lambda$ q (II. 6.). Quare, cum sint $E\Gamma = E\Delta$, et $EZ = E\Lambda = EB$ (constr.) fit tam rectang. $\Gamma Z \times Z\Delta + E\Delta$ q, quam $\Lambda\Delta \times \Lambda\Gamma +$ $E\Delta$ q $= EB$ q $=$ AB$_q + E\Delta$ q (I. 47.) et hinc tam rectang. $\Gamma Z \times$ $Z\Delta$, quam rectang. $\Lambda\Delta \times \Lambda\Gamma =$ AB$_q = I$q. Caeterum, ut facile patet, latera duorum rectangulorum situ solo, non magnitudine differunt. Eandem problematis, enunciato tantum a praecedente diversi: „ad datam rectam lineam dato quadrato aequale rectangulum applicare, excedens quadrato“ constructionem tradit Rob. Simson. (Euclid. Element. Glasguae 1756. in nota ad 28. et 29. VI. sq. p. 381. sq.). Cf. Halley in scholio ad Prop. VIII. 18. Conic. Apollonii P. II. p. 153. Pfleiderer. l. c. §. 66. cf. infra ad VI. 29. Obs. 5. Quodsi in figura 160. data esse sumatur recta $A\Theta$, at invenienda demum recta AB, ita ut $A\Theta$ q $= AB \times B\Theta$ (quod problema conversum erit problematis II. 11.), facile patet, etiam hoc problema esse idem, ad quod etiam II. 11. redire vidimus, nempe ut rectae datae $A\Theta$ adiiciatur alia ΘB in directum, ita ut rectangulum sub adiecta ΘB et sub AB composita ex data et adiecta aequale sit datae $A\Theta$ quadrato, vel ut describatur re-

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ.

Ἐν τοῖς ἀμβλυγωνίοις τριγώνοις τὸ ἀπὸ τῆς τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τετράγωνον μεῖζόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν περιεχουσῶν πλευρῶν τετραγώνων, τῷ περιεχομένῳ δὶς ὑπό τε μιᾶς τῶν περὶ τὴν ἀμβλεῖαν γωνίαν ἐφ' ἣν ἐκβληθεῖσαν ἡ κάθετος πίπτει, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ἐκτὸς ὑπὸ τῆς καθέτου πρὸς τῇ ἀμβλείᾳ γωνίᾳ.

ctangulum $B\Theta\Delta K$, cuius laterum $B\Delta$, $B\Theta$ differentia sit data $\Delta\Theta$, et cuius area aequalis sit eiusdem rectae $\Delta\Theta$ quadrato. Solvetur itaque problema eodem modo ac II. 11. Cf. Pfleiderer. l. c. §§. 67. 68.

Obs. 6. Iubeatur nunc (quod est alterum problematis II. 11. conversum) datae $B\Theta$ (Fig. 162.) alia ΘA in directum ita adiici, ut rectangulum sub data $B\Theta$ et sub composita BA ex data et adiecta sit quadrato adiectae ΘA aequale; seu iubeatur rectangulum construi, cuius latus minus sit datae rectae $B\Theta$ aequale, et cuius area aequalis sit quadrato differentiae $A\Theta$ laterum BA, $B\Theta$ rectanguli. Facta supponatur continuatio desiderata rectae datae $B\Theta$ ad punctum A usque. Cum sit rectang. $AB \times B\Theta = B\Theta$ q $+$ rectang. $A\Theta \times \Theta B$ (II. 3.) $> B\Theta$ q, ut possit esse $A\Theta$ q $=$ rectang. $AB \times B\Theta$; debet esse $A\Theta$ q $>$ $B\Theta$ q, $A\Theta > B\Theta$. Construatur super $A\Theta$ quadratum $A\Theta ZH$, et super AB rectangulum $ABN\Pi$, cuius latus $B\Pi = B\Theta$. Recta $N\Pi$, quae ex opposito basis AB rectangulum $AB\Pi N$ terminat, latera AZ, ΘH, utpote ipsi $A\Theta$ aequalia, ac proinde maiora quam $B\Pi = B\Theta$ in punctis N et O ita secabit, ut sint $AN = \Theta O = B\Pi$ (I. 34.) $= B\Theta$ (constr.); adeoque $ZN = HO = A\Theta \times B\Theta$, atque ut rectangulum $NZHO$ sit rectang. sub ΘA et HO. Porro, ut sit $A\Theta$ q $=$ rectang. $AB \times B\Theta$ h. e. constr. $A\Theta ZH = AB\Pi N$, ablato communi spatio $A\Theta ON$, debet esse $NZHO = B\Theta O\Pi$ h. e. rectang. $\Theta H \times HO = B\Theta$ q $= \Theta O$ q (constr. et demonstr.). Etiam hoc problema itaque eodem redit, quo

PROPOSITIO XII. (Fig. 163.)

In triangulis obtusangulis quadratum lateris obtusum angulum subtendentis maius est quam quadrata ex lateribus obtusum angulum continentibus, rectangulo bis contento sub uno laterum circa obtusum angulum in quod productum perpendicularis cadit, et recta intercepta extra a perpendiculari ad angulum obtusum.

II. 11., nempe ut datae ΘO in directum adiiciatur alia OH, ita ut rectangulum sub adiecta OH, et sub ΘH composita ex data et adiecta aequale sit datae ΘO quadrato, vel ut describatur rectangulum $NZHO$, cuius laterum NO, OH differentia ΘO sit data $B\Theta$, et cuius area aequalis sit eiusdem rectae $B\Theta$ quadrato. Unde etiam hic sequitur similis constructio. Cf. Pfleiderer. l. c. §. 69. et §. 90.

PROPOSITIO XII.

Obs. 1. Austin p. 39. sq. tres ultimas libri secundi propositiones partem constituere ait ab caeteris seiunctam, pariter ac tres ultimas primi libri, sed non aeque ac has in elementis necessariam; nec omnino, praesertim quod ad II. 12. et II. 13. attinet, valde utilem: ideoque eas successorum Euclidis imprudenti gloriosove elementa suis theoriis augendi studio tribuendas esse ccuset. Contra quae Pfleiderer. l. c. Pars III. §. 193. quoad II. 12. et II. 13. monet, praeter nexum argumenti harum propositionum cum I. 47. pronamque ipsarum ex hac et II. 4. II. 7. consequentiam, et ad plures applicationes insignem usum (quarum exempla et ipse subiungit) re ipsa XII. propositionis 17. demonstrationem priorem supponere, et Datorum propositiones 64. et 65. (in textu graeco Claudii Hardy Paris. 1625. et Dav. Gregorii) vel 74. 75. in versionibus Rob. Simson. et Schwab. illis niti.

Ἔστω ἀμβλυγώνιον τρίγωνον τὸ $AB\Gamma$ ἀμβλεῖαν ἔχον τὴν ὑπὸ $BA\Gamma$ γωνίαν, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ B σημείου ἐπὶ τὴν ΓA ἐκβληθεῖσαν κάθετος ἡ $B\Delta$· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς $B\Gamma$ τετράγωνον μεῖζόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν BA, $A\Gamma$ τετραγώνων, τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓA, $A\Delta$ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Ἐπεὶ γὰρ εὐθεῖα ἡ $\Gamma\Delta$ τέτμηται ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ A σημεῖον· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς $\Gamma\Delta$ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΓA, $A\Delta$ τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓA, $A\Delta$ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. Κοινὸν προσκείσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΔB· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν $\Gamma\Delta$, ΔB ἴσα ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΓA, $A\Delta$, ΔB τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓA, $A\Delta$ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν $\Gamma\Delta$, ΔB ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΓB, ὀρθὴ γὰρ ἡ πρὸς τῷ Δ γωνία· τοῖς δὲ ἀπὸ

Obs. 2. Perpendiculum $B\Delta$ cadere, ut in enunciato propositionis sumitur ad partes anguli $BA\Delta$, qui deinceps est angulo obtuso $BA\Gamma$, patet ex I. 17. Cor. 5. Cf. Pfleiderer. l. c. §. 191.

Obs. 3. Caeterum quodcunque laterum angulum obtusum comprehendentium producatur, ut in illud perpendiculum ex opposito trianguli vertice demittatur, sive illud (Fig. 164.) BA, sive ΓA fuerit, rectangulum inter illud latus, et rectam interceptam extra ad perpendiculum usque, utrimque eiusdem magnitudinis erit, nempe $\Gamma A \times A\Delta = BA \times AE$, quod vel ex ipsa propositione II. 12. patet (Gilbert. l. c. p. 192.) Pfleiderer. §. 198. vel ex I. 41. Cor. 4. consequitur, vel immediate sic adstruetur. Est $B\Delta q + \Gamma\Delta q = BE q + \Gamma E q$, quia utraque summa $= B\Gamma q$ (I. 47.).

Proinde ob $\Gamma\Delta q = \Gamma A q + A\Delta q + 2\Gamma A \times A\Delta$ (II. 4.)

et $BE q = BA q + AE q + 2BA \times AE$ (II. 4.)

est $B\Delta q + \Gamma A q + A\Delta q + 2\Gamma A \times A\Delta$

$= \Gamma E q + BA q + AE q + 2BA \times AE.$

Sit triangulum obtusangulum $AB\Gamma$ habens angulum $BA\Gamma$ obtusum, et ducatur a B puncto ad ΓA productam perpendicularis $B\Delta$ (I. 12.); dico quadratum ex $B\Gamma$ maius esse quam quadrata ex BA, $A\Gamma$, rectangulo bis sub ΓA, $A\Delta$ contento.

Quoniam enim recta $\Gamma\Delta$ secatur utcunque in puncto A; quadratum ex $\Gamma\Delta$ aequale est quadratis ex ΓA, $A\Delta$, et rectangulo bis sub ΓA, $A\Delta$ contento (II. 4.). Commune addatur quadratum ex ΔB; quadrata igitur ex $\Gamma\Delta$, ΔB aequalia sunt quadratis ex ΓA, $A\Delta$, ΔB et rectangulo bis sub ΓA, ΔA contento. Sed quadratis ex $\Gamma\Delta$, ΔB aequale est quadratum ex ΓB (I. 47.), rectus enim est ad Δ angulus; quadratis vero ex $A\Delta$, ΔB aequale est quadratum ex AB (I. 47.);

Atqui $B\Delta q + A\Delta q = BA q$, et $\Gamma E q + AE q = \Gamma A q$ (I. 47.) demtis igitur utrimque aequalibus, manet $2\Gamma A \times A\Delta = 2BA \times AE$, et $\Gamma A \times A\Delta = BA \times AE$. Cf. Pfleiderer. l. c. §. 199.

Obs. 4. Alii alias propositionis II. 12. demonstrationes dederunt, quo pertinet Coëtsius: vid. Pfleiderer. §§. 195. 196. Ea, quam Gregorius a St. Vincentio habet (Pfleiderer. l. c. §. 200. Gilbert. p. 296.) praemissa ea propositione, quam Obs. 3. habuimus, quam vero ille a propositionibus 31. 35. 36. libri III. repetit, rem eodem fere modo, eademque delineatione demonstrat, quae apud Euclidem in I. 47. adhibetur, nisi quod duo latera opposita quadratorum circa angulum obtusum producuntur, usquedum conveniant cum perpendiculo ex opposito trianguli vertice in ea demisso, et sane concinna est atque elegans. Simplicitate tamen superari videtur ab ea, quam dedit Ambrosius Rhodius Euclid. Elem. libri XIII. ed. 1661. p. 51. sq. et quam etiam habent Claud. Richardus Guarinus (Euclides adauctus et methodicus Aug. Taurin. 1671. p. 60. sq.) Euclidis Elementa Lond. 1678. p. 95. sq. et Coëtτῶν $A\varDelta$, $\varDelta B$ ἴσον τὸ ἀπὸ τῆς AB· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΓB τετράγωνον ἴσον ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν ΓA, AB τετραγώνοις καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓA, $A\varDelta$ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ· ὥστε τὸ ἀπὸ τῆς ΓB τετράγωνον τῶν ἀπὸ τῶν ΓA, AB τετραγώνων μεῖζόν ἐστι, τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓA, $A\varDelta$ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. Ἐν ἄρα τοῖς ἀμβλυγωνίοις καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ΄.

Ἐν τοῖς ὀξυγωνίοις τριγώνοις τὸ ἀπὸ τῆς τὴν ὀξεῖαν γωνίαν ὑποτεινούσης πλευρᾶς τετράγωνον ἔλατ-

sius, quae huc redit. In trianguli ad A obtusanguli (Fig. 165.) $BA\Gamma$ latus alterutrum ΓA ex vertice opposito B demisso perpendiculo $B\varDelta$, quod (Obs. 2.) in latus ΓA productum ad partes anguli $BA\Theta$ deinceps positi obtuso $BA\Gamma$ cadit), tum rectarum $B\varDelta$, $\Gamma\varDelta$ descriptis quadratis $B\Theta$, ΓH, atque hoc eodem modo, quo in Prop. II. 4. diviso, est $B\Gamma q = B\varDelta q + \Gamma\varDelta q$ (I. 47.) $= B\varDelta q + MZ + AN + \Gamma A + AH = B\varDelta q + \Gamma A q + A\varDelta q + 2\Gamma A \times A\varDelta$ (II. 4.).
Atqui $B\varDelta q + A\varDelta q = BA q$ (I. 47.)
itaque $B\Gamma q = BA q + A\Gamma q + 2\Gamma A \times A\varDelta$. Cf. Pfleiderer. §. 197.

PROPOSITIO XIII.

Obs. 1. Propositio haec valet non tantum de triangulis acutangulis i. e. Def. I, 29. de iis, quae tres angulos acutos habent, sed de omnibus omnis generis triangulis. Quod dudum observarunt Isaacus Monachus in scholio ad hanc propositionem, Campanus, Commandinus, Peletarius, Clavius, Whiston., Robert. Simson., Austin., Pfleiderer. l. c. aliique. Nempe a) non tantum in triangulis rectangulis, et obtusangulis, quorum itaque duo reliqui anguli ad basin sunt acuti (I. 17. Cor. 1.), si e vertice anguli recti vel obtusi in oppositam basin demittatur perpendiculum, eadem prorsus demonergo quadratum ex ΓB aequale est quadratis ex ΓA, AB et rectangulo bis sub ΓA, $A\Delta$ contento; quare quadratum ex ΓB maius est quam quadrata ex ΓA, AB rectangulo bis sub ΓA, $A\Delta$ contento. In obtusangulis igitur etc.

PROPOSITIO XIII. (Fig. 166.)

In triangulis acutangulis quadratum lateris acutum angulum subtendentis minus est quam quadrata ex late-

strătio obtinebit, quae est apud Euclidem: verum b) quod pariter dudum monuerunt viri docti, propositio haec etiam tum locum habet, si unus angulorum ad basin rectus vel obtusus fuerit. Nempe priore casu (Fig. 167. a.) in triangulo $AB\Gamma$ ad Γ rectangulo perpendiculum ex A ad $B\Gamma$ demissum cum ipso latere $A\Gamma$: adeoque punctum Δ cum puncto Γ coincidit, et propositio II. 13., ex qua esse dicitur $A\Gamma q = AB q + B\Gamma q - 2\Gamma B \times B\Delta$ in hanc transit: $A\Gamma q = AB q + B\Gamma q - 2\Gamma B q$, vel ut aliter dicamus in hanc: $A\Gamma q = AB q - \Gamma B q$ quod quidem patet ex I. 47. Cor. 2. Cf. Pfleiderer. §. 204. Posteriore casu (Fig. 167. b.) in triangulo $AB\Gamma$, quod angulum $A\Gamma B$ obtusum habet, perpendiculum ex A in basin $B\Gamma$ demissum cadit (I. 17. Cor. 5.) ad partes anguli acuti $A\Gamma\Delta$, qui obtuso $A\Gamma B$ deinceps est, eritque $AB q = A\Delta q + B\Delta q$ (I. 47.), adeoque $AB q + B\Gamma q = A\Delta q + B\Delta q + B\Gamma q$. At $B\Delta q + B\Gamma q = \Gamma\Delta q + 2\Delta B \times B\Gamma$ (II. 7.). Itaque $AB q + B\Gamma q = A\Delta q + \Gamma\Delta q + 2\Delta B \times B\Gamma = A\Gamma q + 2\Delta B \times B\Gamma$ (I. 47.). Whiston. Demonstr. 2. Austin. p. 38. Gilbert. p. 288. sq. Idem etiam adplicatis ad hunc casum reliquis reliquorum casuum demonstrationibus consequitur. Cf. Pfleiderer. §§. 205–207.

Obs. 2. Ex iis, quae Obs. 1. dicta sunt, patet, arctioribus, quam res iubet, limitibus enunciatum propositionis τόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν τὴν ὀξεῖαν γωνίαν περιεχουσῶν πλευρῶν τετραγώνων, τῷ περιεχομένῳ δὶς ὑπό τε μιᾶς τῶν περὶ τὴν ὀξεῖαν γωνίαν ἐφ᾽ ἣν ἡ κάθετος πίπτει, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ἐντὸς ὑπὸ τῆς καθέτου πρὸς τῇ ὀξείᾳ γωνίᾳ.

Ἔστω ὀξυγώνιον τρίγωνον τὸ *ΑΒΓ* ὀξεῖαν ἔχον τὴν πρὸς τῷ *Β* γωνίαν, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ *Α* σημείου ἐπὶ τὴν *ΒΓ* κάθετος ἡ *ΑΔ*· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς *ΑΓ* τετράγωνον ἔλαττόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν *ΓΒ*, *ΒΑ* τετραγώνων, τῷ δὶς ὑπὸ τῶν *ΓΒ*, *ΒΔ* περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

II. 13. apud Euclidem circumscriptum esse. Simul patet ex duobus postremo loco positis casibus, rectam inter alterum basis terminum, et perpendiculum interceptam nequaquam semper *ἐντος* intercipi, saltim si hanc vocem ad ipsum triangulum, de quo sermo est, referre velis. Suspicio itaque nascitur, non genuinum esse textum graecum propositionis II. 13., qualem nunc quidem habemus. Nec medelam illi affert, quem summis laudibus Peyrardus extollit, Codex 190., ab ipso signo a notatus. Quin vetustissimum iam esse erratum, quamvis ad ipsum elementorum auctorem haud referendum esse videatur, inde patet, quod iam Isaacus Monachus id notaverit, qui rem ita interpretatur l. c. ut statuat, hoc loco Euclidem *omnia* triangula, secus ac in Def. I. 29. appellare oxygonia, quia omnia habeant angulos acutos, etsi non omnes, tamen ad minimum duos, quae tamen sententia Pfleiderero l. c. §. 210 iure parum probabilis videtur. Suspicionem textus hoc loco corrupti, eodem monente, etiam illud auget, quod in expositione eius verba: *ἔστω ὀξυγώνιον τρίγωνον τὸ ΑΒΓ ὀξεῖαν ἔχον τὴν πρὸς τὸ Β γωνίαν* notante Austin. p. 37. mera fere sunt tautologia, vel potius absonam prae se ferunt determinationem (a quo tamen vitio ea liberare forte possis, si ita interpretari velis: sit triangulum acutangulum, ita nempe, ut *nominatim* angulus *B* sit acutus). Praeterea autem, ut Pfleiteribus acutum angulum continentibus rectangulo bis contento sub uno laterum circa angulum acutum in quod perpendicularis cadit, et recta intus intercepta a perpendiculari ad angulum acutum.

Sit triangulum acutangulum $AB\Gamma$, habens angulum ad B acutum, et ducatur ab A puncto ad $B\Gamma$ perpendicularis $A\Delta$ (I. 12.); dico quadratum ex $A\Gamma$ minus esse quam quadrata ex ΓB, BA, rectangulo bis sub ΓB, $B\Delta$ contento.

derer. l. c. monet, accedit, quod in propositionis 65. (75.) datorum enunciato generatim sumitur: Ἐὰν τρίγωνον ὀξεῖαν ἔχῃ γωνίαν δεδομένην. Expositio quidem eius adiunctam rursus habet ad triangulum acutangulum restrictionem. Sed eadem, quin magis adhuc otiosa laborat vocis ὀξεῖαν adiectione (nisi etiam hic interpretando mitigare velimus), qua propositionis II. 13. expositio, unde contra ipsius propositi tenorem translata videri potest (quamvis etiam hic codex a nullam medelam afferat). Scopus enim, quo propositiones 64. 65. (74. 75.) *datorum* tendunt, haud permittit, ut posterior ad triangula acutangula restringatur. Is quippe, ut problematibus, quibus inserviunt (cuiusmodi est in Apollonii locor. plan. vers. German. p. 439. 443.) propositiones illae reipsa sufficiant, arctior constitui nequit, quam ut trianguli cuiuslibet dato angulo obliquo, rationem trianguli ad differentiam quadrati lateris angulo dato oppositi et summae quadratorum laterum eundem angulum comprehendentium dari ostendant. Hoc autem posito, Prop. II. 13. Elementorum, qua *datorum* 65. (75.) nititur, pariter ad omnis generis triangula pertinere debet. Praeterea etiam aliae propositionis II. 13. applicationes, quarum in excursu ad II. 13. adhuc nonnullas habebimus, universum eius, omnes in Obs 1. memoratos casus complectentem, ambitum requirant. Cf. Pfleiderer. §§. 212. 213. Quae cum ita sint, Ἐπεὶ γὰρ εὐθεῖα ἡ ΓΒ τέτμηται ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ Δ· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΔΓ τετραγώνῳ. Κοινὸν προςκείσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΔΑ τετάγωνον· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ, ΔΑ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν ΓΒ, ΒΔ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ τετραγώνοις. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν ΒΔ, ΔΑ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ, ὀρθὴ γὰρ ἡ πρὸς τῷ Δ γωνία· τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ ἴσον

variis modis viri docti propositionem hanc II. 13. generatim enunciare ac demonstrare studuerunt. Et alii quidem omissa tantum trianguli *acutanguli* mentione, reliqui propositionis 13. enunciati atque expositionis versionem ita concinnarunt, ut eo, qui Obs. 1. a. indicatur respectu in triangula rectangula et obtusangula quadrent, quo pertinent Peletarius p. 105. sq. De Chales, Cursus Mathem. Tom. I. Lugd. 1674. p. 23. Ximenes (I sei primi Elementi della geometria piana. In Venezia 1752. p. 126.). Lorenz (Euklids Elemente 3te Ausg. Halle 1809. p. 40.). Alii etiam vocem *ἐντός* expungendam et expressionem: *ἐφ' ἥν ἡ κάθετος πίπτει* latius sumendam, neque ad casum intra lateris huius terminos restringendam putaverunt, ita ut etiam casum Obs. 1. b. indicatum propositio haec complecteretur. Hac ratione Tacquet. p. 67. sq. rem exprimit, qui tamen vulgarem tantum demonstrationem exhibet. Clavius, Commandinus, Rob. Simson., Austin. rem, uti Obs. 1. b. diximus, aut aliter demonstrant. Cf. Pfleiderer. §§. 211.–214., qui idem §. 216. iudicat, sufficere posse, si verba tantum *τοῖς ὀξυγωνίοις*, *ὀξυγώνιον* expungantur, dummodo demonstrationis initium (additis, quae uncis inclusa sistuntur) ad figuram textus et figuram posteriorem ad Obs. 1. a. exhibitam ita referatur: *Ἐπὶ γὰρ (ἤτοι) εὐθεῖα ἡ ΓΒ τέτμηται ὡς ἔτυχε κατὰ τὸ Δ (ἢ εὐθεῖα ἡ ΔΒ κατὰ τὸ Γ)*, et verba *ἐφ' ἥν ἡ κάθετος πίπτει, τῆς ἀπολαμβανομένης ἐντὸς πρὸς τῇ ὀξείᾳ γωνίᾳ*, iisque opposita

Quoniam enim recta ΓB secta est utcunque in Δ; quadrata ex ΓB, $B\Delta$ aequalia sunt rectangulo bis sub ΓB, $B\Delta$ contento et quadrato ex $\Delta\Gamma$ (II. 7.). Commune addatur quadratum ex ΔA; ergo quadrata ex ΓB, $B\Delta$, ΔA aequalia sunt rectangulo bis sub ΓB, $B\Delta$ contento et quadratis ex $A\Delta$, $\Delta\Gamma$. Sed ipsis quidem ex $B\Delta$, ΔA aequale est quadratum ex AB (I. 47.), rectus enim est ad Δ angulus; quadratis vero ex $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ aequale est quadratum ex $A\Gamma$; quadrata igitur ex ΓB, BA aequalia sunt quadrato ex $A\Gamma$, et

propositionis 12.: *ἐφ' ἣν ἐκβληθεῖσαν ἡ κάθετος πίπτει, τῆς ἀπολαμβανομένης ἔντος πρὸς τῇ ἀμβλείᾳ γωνίᾳ*, situm perpendiculi ac segmenti per illud abscissi diversum relate ad *angulum ipsiusque verticem, non ad triangulum* indicare censeantur.

Obs. 3. Caeterum etiam hic pariter ac II. 12. Obs. 3. de triangulis obtusangulis dictum fuit, notari potest, in quodcunque laterum angulum acutum comprehendentium ex opposito vertice demittatur perpendiculum (Fig. 168. 169.) sive illud AB sive $B\Gamma$ fuerit, fore semper rectangulum inter illud latus et rectam ab angulo acuto B inde usque ad demissum perpendiculum interceptum utrimque eiusdem magnitudinis, nempe $\Gamma B \times B\Delta = AB \times BE$, quod pariter vel ex ipsa propositione 13. ita ut Obs. 2. diximus, amplificata patet, vel ex I. 41. Cor. 4. consequitur, vel similiter ac in II. 12. ita adstruetur: Est $A\Delta q + \Delta\Gamma q = \Gamma E q + AE q$, quia utraque summa $= A\Gamma q$ (I. 47.) Proinde ob $\Gamma\Delta q = B\Gamma q + B\Delta q - 2\Gamma B \times B\Delta$, et $AE q = AB q + BE q - 2AB \times BE$ (II. 7.)

erit $A\Delta q + B\Gamma q + B\Delta q - 2\Gamma B \times B\Delta$

$= \Gamma E q + AB q + BE q - 2AB \times BE$.

Atqui $A\Delta q + B\Delta q = AB q$, et $\Gamma E q + BE q = B\Gamma q$, itaque

$2\Gamma B \times B\Delta = 2AB \times BE$ et $\Gamma B \times B\Delta = AB \times BE$. Cf. Pfleiderer. §. 199.

Obs. 4. Similes etiam huic propositioni demonstrandae rationes adhiberi possunt, et reapse adhibitae fuerunt, ac in ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς $A\Gamma$· τὰ ἄρα ἀπὸ τῶν ΓB, BA ἴσα ἐστὶ τῷ τε ἀπὸ τῆς $A\Gamma$· καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓB, $B\Delta$· ὥςτε μόνον τὸ ἀπὸ τῆς $A\Gamma$ ἔλαττόν ἐστι τῶν ἀπὸ τῶν ΓB, AB τετραγώνων, τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΓB, $B\Delta$ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. Ἐν ἄρα τοῖς ὀξυγωνίοις καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

Τῷ δοθέντι εὐθυγράμμῳ ἴσον τετράγωνον συστήσασθαι.

Ἔστω τὸ δοθὲν εὐθύγραμμον τὸ A· δεῖ δὴ τῷ A εὐθυγράμμῳ ἴσον τετράγωνον συστήσασθαι.

II. 12. Obs. 4. vidimus, e quibus pariter eam, quam praeter alios Ambrosius Rhodius dedit, simplicitate sua maxime commendabilem huc referemus. Nempe (Fig. 170.) in trianguli ad B acutanguli $AB\Gamma$ latus $B\Gamma$, quod non minus sit utroque reliquo, demisso perpendiculo $A\Delta$ (quod tum necessario intra triangulum $AB\Gamma$ cadet (I. 18. Cor. 3.) tum rectarum $A\Delta$, $B\Gamma$ descriptis quadratis, atque hoc rursus, ut in Prop. 4. diviso, denique super recta $ZH = B\Delta$ (I. 34.) constructo quadrato ZO, quod igitur $= B\Delta q = BM$ (II. 4. Dem.) erit $ABq = A\Delta q + B\Delta q$ (I. 47.) $= \Delta I + ZO$. $B\Gamma q = NH + \Gamma\Delta + \Delta H$, itaque $ABq + B\Gamma q = NH + \Delta I + \Gamma\Delta + \Delta H + ZO = NH + \Delta I + 2.\Gamma\Delta$, quia $\Delta H = \Gamma M$ (I. 34.) et $ZO = \Delta\Delta$ (Dem.). Sed $A\Gamma q = NH + \Delta I$ (I. 47.) ob $NH = \Delta\Gamma q$ (II. 4. Dem.), ergo $ABq + B\Gamma q = A\Gamma q + 2\Gamma\Delta$
$= A\Gamma q + 2.$ rectang. $\Gamma B \times B\Delta$, ob $B\Delta = B\Delta$ (II. 4. Dem.). Cf. Pfleiderer. §. 197.

Obs. 5. Conversae quoque propositionum II. 12. et II. 13. valent, pariter ac I. 48. conversa propositionis II. 47. demonstrata fuit. Quin haec ipsa I. 48. etiam hoc loco iunctim cum reliquis inferri poterit. Nempe 1) si in triangulo aliquo quadratum unius lateris aequale fuerit summae quadratorum duorum reliquorum laterum, angulus illi primum nominato lateri rectangulo bis sub ΓB, $B\Delta$ contento; quare solum quadratum ex $A\Gamma$ minus est quam quadrata ex ΓB, BA, rectangulo bis sub ΓB, $B\Delta$ contento. Ergo in acutangulis etc.

PROPOSITIO XIV. (Fig. 171.)

Dato rectilineo aequale quadratum constituere.

Sit datum rectilineum A; oportet igitur ipsi A rectilineo aequale quadratum constituere.

oppositus rectus erit. Nam si obtusus fuerit, quadratum lateris illi oppositi maius (II. 12.) si acutus fuerit, quadratum eiusdem lateris minus (II. 13.) foret summa quadratorum duorum reliquorum laterum. 2) Si quadratum lateris alicuius maius fuerit summa quadratorum duorum reliquorum laterum, angulus ei oppositus obtusus erit. Nequit enim rectus (I. 47.) aut acutus (II. 13.) esse. Denique 3) si quadratum lateris alicuius minus fuerit summa quadratorum duorum reliquorum laterum, angulus ei oppositus acutus erit. Nequit enim rectus (I. 47.) aut obtusus (II. 12.) esse. Caeterum duo casus ultimo loca allati poterant etiam simili ratione demonstrari ac in propositione I. 48. factum est ab Euclide, quas demonstrationes dedit Clavius, et quod ultimum casum attinet, iam indicavit Isaacus Monachus Schol. ad II. 13. Cf. Pfleiderer. l. c. §§. 217. 218.

Obs. 6. Triangulum scalenum igitur erit rectangulum — obtusangulum — acutangulum, prout quadratum maximi eius lateris quadratis simul reliquorum duorum laterum est aequale — aut maius — aut minus: ultimo scilicet casu maximus trianguli angulus (I. 18.) acutus erit, tantoque magis caeteri. Et triangulum aequicrurum, cuius basis utroque crurum maior est (quodsi enim singula crura basi maiora sunt, non potest

Συνεστάτω γὰρ τῷ A εὐθυγράμμῳ ἴσον παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον τὸ $B\Delta$· εἰ μὲν οὖν ἴση ἐστὶν ἡ BE τῇ $E\Delta$, γεγονὸς ἂν εἴη τὸ ἐπιταχθέν. Συνίσταται γὰρ τῷ A εὐθυγράμμῳ ἴσον τετράγωνον τὸ $B\Delta$· εἰ δὲ οὔ, μία τῶν BE, $E\Delta$ μείζων ἐστίν. Ἔστω μείζων ἡ BE [1]*, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Z,*

1) Iure hic Rob. Simson observat, legendum esse saltem: *εἰ δὲ οὔ, ἐκβεβλήσθω ἡ BE ἐπὶ τὸ Z*, quum nihil prorsus intersit, utrum maior an minor rectarum BE, $E\Delta$ producatur. Noluimus tamen sine Mss. consensu aliquid mutare.

non esse acutangulum per I. 5., I. 17., I. 18., erit rectangulum — obtusangulum — acutangulum, prout quadratum basis duplo quadrato unius cruris est aeqtiale — aut eo maius — aut minus. Sic comparando invicem quadrata laterum trianguli, cuius speciei sit ratione habita angulorum, erui potest: quod comparatio ipsorum laterum non praestat, nisi vel omnia aequalia sint, vel duo aequalia ac singula maiora tertio. Cf. Pfleiderer. l. c. §. 219. Alias adhuc observationes et adplicationes Prop. II. 12. II. 13. vid. in excursu ad finem huius libri.

PROPOSITIO XIV.

Obs. 1. Huic quoque problemati, pariter ac Prop. II. 11. praemitti potest Analysis. Nempe alterutro dati parallelogrammi rectanguli non aequilateri $B\Gamma\Delta E$ latere BE producto, donec $EZ = E\Delta$, ideoque rectangulum $B\Delta = BE \times EZ$; cum recta BZ puncto E secetur in inaequalia (hyp.); applicandae propositionis II. 5. gratia, quae de rectangulo segmentorum inaequalium datae rectae praecipit, eandem BZ secare etiam oportet in aequalia: quo facto in puncto H, est rectang. $BE \times EZ + EH\,q = HZ\,q$. Quum igitur invenienda sit ex conditione problematis recta aliqua A, cuius quadratum sit $= BE \times EZ$; debet esse $A\,q + EH\,q = HZ\,q$, vel $A\,q = HZ\,q - EH\,q$. Invenietur autem recta A (ex I. 47. Cor. 10.), si rectae HE in puncto E ad rectos angulos constituatur recta $E\Theta$, vel, Constituatur ipsi A rectilineo aequale parallelogrammum rectangulum $B\Delta$ (I. 45.) Si igitur aequalis est BE rectae $E\Delta$, factum erit propositum; constitutum est enim ipsi A rectilineo aequale quadratum $B\Delta$ (I. Def. 30.); si autem non, una ipsarum BE, $E\Delta$ maior est. Sit maior BE, et producatur ad Z,

quod eodem redit (I. 13. Cor. 1.) si recta ΔE producatur, atque ab ea abscindatur ope circuli centro H, radio HZ descripti, segmentum $E\Theta$, eique aequalis ponatur recta A. Cf. Pfleiderer. §. 70.

Obs. 2. Pariter (Fig. 172.) proposito cuicunque parallelogrammo obliquangulo $BEIK$, utpote aequali rectangulo $BE\Delta\Gamma$ super eadem basi et inter easdem parallelas BE, $I\Gamma$ (I. 35.) aequale quadratum efficietur, lateri cuilibet BE parallelogrammi in directum adiiciendo rectam EZ aequalem distantiae $E\Delta$ lateris huius BE ab opposito KI, et reliqua peragendo ut in constructione problematis XIV. Cf. Pfleiderer. §. 71.

Obs. 3. Quum sit $E\Theta < H\Theta$ (I. 19.) seu (constr.) $< HZ$: fit $4E\Theta < 4HZ$ seu $< 2BZ$ seu $< 2(BE + E\Delta)$, tantoque magis $< 2(BE + EI)$, ob $E\Delta < EI$ (I. 19.): h. e. perimeter quadrati ab EH minor est perimetro rectanguli $BE\Delta\Gamma$; tantoque magis minor perimetro parallelogrammi obliquanguli $BEKI$. Aequalem igitur aream quadratum sub minore perimetro quam parallelogrammum rectangulum non aequilaterum, vel parallelogrammum obliquangulum comprehendit, quod et ex II. 5. Cor. 2. facile deducitur. Cf. Pfleiderer. §§. 72. 73.

Obs. 4. Quodsi vicissim recta data BZ ita proponitur secanda, ut rectangulum sub segmentis eius aequale sit quadrato rectae datae A, seu si parallelogrammum rectangulum construi iubeatur aequale quadrato rectae datae A, et cuius summa laterum contiguorum sit datae rectae BZ aequalis, proinde perimeter $= 2BZ$: ut, quod requiritur, fieri possit, recta data non maior esse debet semisse καὶ κείσθω τῇ $E\Delta$ ἴση ἡ EZ, καὶ τετμήσθω ἡ BZ δίχα κατὰ τὸ H, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ H, διαστήματι δὲ ἑνὶ τῶν HB, HZ ἡμικύκλιον γεγράφθω τὸ $B\Theta Z$, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΔE ἐπὶ τὸ Θ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ $H\Theta$.

Ἐπεὶ οὖν εὐθεῖα ἡ BZ τέτμηται εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ H, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ E· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν BE, EZ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ

HZ rectae secandae, seu datae laterum contiguorum rectanguli describendi summae *BZ*: quia rectangulo sub segmentis aequalibus *BH*, *HZ*, seu quadrato semissis rectae secandae *BZ*, maius spatium segmentis datae *BZ*, seu parallelogrammo rectangulo, cuius perimeter $=2BZ$, comprehendi nequit (II. 5. Cor. 1.). Tum vero, si $A=1/2BZ$, rectam *BZ* bifariam in *H* secando, factum erit, quod iubetur: erit enim rectangul. $BH\times HZ=HZq=Aq$ (I. 46. Cor.) cum sit $HZ=A$ (hyp.): Sed si $A<HZ$, ideoque $Aq<HZq$ (I. 46. Cor.) seu < rect. $BH\times HZ$; ponatur in puncto *E* facta rectae *BZ* sectio, qua obtineatur $Aq=$ rectang. $BE\times EZ$. Cum sit rectang. $BE\times EZ+HEq=HZq$ (II. 5.): debebit esse $Aq+HEq=HZq$; proinde (I. 47.) distantia *HE* puncti sectionis *E* quaesiti ab puncto bisectionis *H* rectae datae *BZ* seu (II. 5. Cor. 4.) semidifferentia laterum *BE*, *EZ* rectanguli construendi, aequabitur lateri circa angulum rectum trianguli rectanguli, cuius hypotenusa datae *HZ* atque alterum latus circa angulum rectum datae *A* est aequale. Cf. Pfleiderer. §. 74. Efficietur autem illud (Fig. 173. 174.), rectae datae *BZ*, bifariam in puncto *H* sectae, in eodem puncto *H* constituendo normalem $H\Sigma=$ datae rectae *A*: tum vel 1) (Fig. 173.) perpendiculum ΣO, ad rectam $H\Sigma$ in puncto Σ ductum, seu per punctum Σ actam rectae *BZ* parallelam *HO*, circulo centro *H*, intervallo *HZ* descripto, in puncto Θ secando; quo facto erit $H\Sigma\Theta$ triangulum rectangulum, cuius hypotenusa $H\Theta=HZ$, atque cathetus $H\Sigma=A$: denique ab et ponatur ipsi $E\Delta$ aequalis EZ (I. 3.), et secetur BZ bifariam in H (I. 10.), et centro quidem H, intervallo vero una ipsarum HB, HZ semicirculus describatur $B\Theta Z$, et producatur ΔE in Θ, et iungatur $H\Theta$.

Quoniam igitur BZ secta est in aequalia quidem in H, in inaequalia vero in E; ergo rectangulum sub BE, EZ contentum cum quadrato ex HE aequale

recta BZ abscindendo $HE = \Sigma\Theta$ per rectam ΘE ex puncto Θ ad BZ demissam perpendicularem (I. 34.). Vel 2) (Fig. 174.) centro Σ intervallo $\Sigma P = HZ$ describendo circulum, qui datam BZ in puncto E secet; quo immediate fit HE cathetus trianguli ΣHE, cuius hypothenusa $\Sigma E = HZ$, atque alter cathetus $\Sigma H = \Delta$. Priore casu, ob $H\Sigma = \Delta < HZ$ vel HT (supp. et constr.) punctum Σ: cadit intra circulum centro H, intervallo HZ, seu circa diametrum BZ descriptum, ideoque ΠO rectae BZ parallela circulum hunc in duobus punctis Θ, Π ad easdem rectae BZ partes secat; ex quibus in hanc BZ demissa perpendicula, seu ductae rectae $H\Sigma$ parallelae ΘE, $\Pi\Omega$ datam rectam BZ in punctis E, Ω ita secant, ut sint rectangula $BE \times EZ = B\Omega \times \Omega Z = \Delta$ q. Nempe tam $BE \times EZ + HE$ q $= HZ$ q, quam $B\Omega \times \Omega Z + H\Omega$ q $= \Pi B$ q (II. 5.). Unde porro, ob HZq $= H\Theta$ q $= HE$ q $+ E\Theta$ q, et HB q $= H\Pi$ q $= H\Omega$ q $+ \Pi\Omega$ q (constr. et I. 47.) sequitur: $BE \times EZ + HE$ q $= HE$ q $+ E\Theta$ q, et $B\Omega \times \Omega Z + H\Omega$ q $= H\Omega$ q $+ \Pi\Omega$ q et hinc $BE \times EZ = E\Theta$ q, $B\Omega \times \Omega Z = \Pi\Omega$ q. Cum itaque sit $\Theta E = \Pi\Omega = H\Sigma$ (I. 34.) $= \Delta$; fiunt rectangula $BE \times EZ$, $B\Omega \times \Omega Z = \Delta$ q. Altero casu (Fig. 174.) ob $\Sigma H = \Delta < HZ$ seu ΣP (supp. et constr.), punctum H rectae BZ iacet intra circulum centro Σ intervallo ΣP descriptum; quem igitur in duobus punctis E, Ω secat haec recta BZ, idque, ob $HE < \Sigma E$ seu HZ, $H\Omega < \Sigma\Omega$ sive HB (I. 19. et constr.) sic, ut puncta E, Ω inter puncta H, Z; et H, B cadant. Atque ita rursus eodem modo, quo ante probatur, esse $BE \times EZ = B\Omega \times \Omega Z = \Delta$ q. Caeterum $HE =$

ἀπὸ τῆς HE τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς HZ τετραγώνῳ. Ἴση δὲ ἡ HZ τῇ $H\Theta$· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν BE, EZ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς HE ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς $H\Theta$. Τῷ δὲ ἀπὸ τῆς $H\Theta$ ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν ΘE, EH τετράγωνα· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν BE, EZ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς HE ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΘE, EH. Κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ τῆς HE τετράγωνον· λοι-

$H\Omega$ in triangulis rectangulis $HE\Theta$, $H\Omega\Pi$ (Fig. 173.) $HE\Sigma$, $\Omega H\Sigma$ (Fig. 174.) quorum hypotenusae et catheti alteri aequales sunt, atque $HB = HZ$ (constr.): quare etiam sunt tam $HB + HB = HZ + H\Omega$, quam $HB - H\Omega = HZ - HE$ h. e. tam $BE = Z\Omega$, quam $B\Omega = ZE$, itaque rectangula $BE \times EZ$, $B\Omega \times \Omega Z$ situ tantum, non longitudine laterum differunt. Posteriorem constructionem solvendo problemati aequipollenti: applicare datum quadratum ad rectam datam, difficiens quadrato; seu ad datam rectam lineam dato quadrato aequale rectangulum applicare, deficiens quadrato, adhibent Halley (Schol. in Con. Apollon. P. II. p. 153. Robert. Simson. p. 380 sq. Cf. infra ad VI. 28. Prior constructio haud necessario requirit, ut normalis $= A$ rectae BZ in puncto bisectionis H constituatur, ideoque applicatu saepe commodior est altera quamvis concinniore, dum problema seorsim spectatur. Cf. Pfleiderer. §. 75. Prior constructio, pariterque solutio problematis ipsius Prop. XIV. exhibent theorema: quadratum perpendicularis, a quolibet circumferentiae circuli puncto in diametrum ductae, aequatur rectangulo sub segmentis diametri, quae ab ipsa perpendiculari fiunt. Quod Herigonus p. 76. propositioni II. 5. statim subiungit, et deinde ad propositiones 6—10. ipsas, easdemve aliter enunciatas, alio modo demonstrandas adhibet. Cf. Pfleiderer. §. 76.

Obs. 5. Cum, ducta per verticem I (Fig. 175. 176.) trianguli IBE, IKE parallela lateri ipsius BE, KE, atque huic in altero extremo erecta, et ad occursum parallelae ill. continuata normali EA, EB; tum vel perpendiculo E

est quadrato ex HZ (II. 5.). Aequalis autem HZ rectae $H\Theta$ (I. Def. 15.); rectangulum igitur sub BE, EZ contentum cum quadrato ex HE aequale est quadrato ex $H\Theta$. Quadrato autem ex $H\Theta$ aequalia sunt quadrata ex ΘE, EH (I. 47.); rectangulum igitur sub BE, EZ cum quadrato ex HE aequale est quadratis ex ΘE, EH. Commune auferatur quadratum

latere KE in puncto Δ bifariam secto, triangulum aequale sit parallelogrammo rectangulo $B\Gamma\Delta E$ (I. 41. sq.) quodsi hoc aequilaterum non est; construetur quadratum aequale triangulo proposito, vel (Fig. 175.) latus BE continuando, donec sit $EZ = E\Delta = 1/2 EA$; vel (Fig. 176.) perpendiculum BE producendo, donec sit $EZ = E\Delta = 1/2 KE$, et tum (utraque Fig.) latus BH quadrati rectangulo $BE \times EZ$ aequalis iuxta Obs. 1. determinando (Campanus, Clavius). Cf. Pfleiderer. §. 77.

Obs. 6. Hinc iam etiam patet, qua ratione solvi possit problema: propositae figurae rectilineae aequale quadratum efficere. Nempe 1) triangulum rectilineo dato aequale construendo methodis variis, quibus id iuxta I. 37. fieri potest: tum huic triangulo aequale quadratum describendo iuxta Obs. 4. 2) vel singulis triangulis, in quae figura proposita per diagonales dividitur, aequalia quadrata iuxta Obs. 4. determinando; tum per I. 47. iteratamque, si figura multilatera est, eius applicationem, quadratum datis illis quadratis simul aequale construendo. Atque hanc posteriorem methodum indicant Campanus, Clavius, Peletarius, Tacquet. et priore expeditiorem esse iudicant. Cf. Pfleiderer. §. 78.

Obs. 7. Austin. p. 39. sq. propositionem II. 14. nusquam in primis sex elementorum libris citari, et planam esse per VI. 13. et VI. 17. praeterea ab obiecto libri II. secedere, et in expositione constructionis vitio ab Rob. Simson. notato (vid. quae ad textum prop. huius notavimus) laborare observat, ideoque interpolatam censet. Quibus Pfleiderer. §. 79. subiungit: suspectam quoque pari iure ac X. 117. (vid. Sa-

τὸν ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΒΕ, ΕΖ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΘ τετραγώνῳ. Ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΕ, ΕΖ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΕ, ΕΔ ἐστὶν, ἴση γὰρ ΖΕ τῇ ΕΔ· τὸ ἄρα ΒΔ παραλληλόγραμμον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΘΕ τετραγώνῳ. Ἴσον δὲ τὸ ΒΔ τῷ Α εὐθυγράμμῳ· τὸ Α ἄρα εὐθύγραμμον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΘ ἀναγραφομένῳ τετραγώνῳ.

Τῷ ἄρα δοθέντι εὐθυγράμμῳ τῷ Α ἴσον τετράγωνον συνίσταται, τὸ ἀπὸ τῆς ΕΘ ἀναγραφησόμενον. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

vilii Praelect. Oxon. 1621. p. 13.) reddere posset locus, quo ponitur, tum ad calcem libri II. tum seiunctim ab Prop. 11., cuius ad Prop 6. similis ratio est, ac 14. ad quintam: nisi alia turbati propositionum ordinis exempla exstarent in elementis, v. gr. III. 25. III. 31. VI. 23. VI. 25. VI. 31. VI. 32. Pariter rationes duae posteriores Austini contra plures elementorum propositiones sine dubio genuinas valiturae esset; ipsemetque priorem earum instantia trium ultimarum libri I. propositionum (quas nempe pariter ab argumento reliquarum libr. I. contentarum recedere, at prorsus necessarias esse dicit) infringit. Propositio 14. argumentum propositionibus I. 42. 44. 45. coeptum complere censeri potest; pariter ac propositiones II. 12. 13. id quod in I. 47. sq. fuit inchoatum. Porro, quod ad reliquas duas Austini animadversiones attinet, problematis I. 44. ideoque etiam sequentis I. 45. (quae, exclusa elementis propositione II. 14. nullibi in illis ante VI. 25. supponuntur) solutio non modo aeque plana est per VI. 14. VI. 12. ac problematis II. 14. per VI. 17. VI. 13., sed magis etiam expedita ea, quae in I. 44. traditur. Problema VI. 30. expresse solvitur, quamvis eius effectio ex ex HE; reliquum igitur rectangulum sub BE, EZ contentum aequale est quadrato ex $E\Theta$. Sed rectangulum sub BE, EZ est rectangulum sub BE, $E\Delta$, aequalis enim est EZ rectae $E\Delta$; ergo $B\Delta$ parallelogrammum aequale est quadrato ex ΘE. Aequale autem est $B\Delta$ rectilineo A; rectilineum igitur A aequale est quadrato ex $E\Theta$ descripto.

Ergo dato rectilineo A aequale quadratum ex ΘE descriptum constituitur. Quod oportebat facere.

propositionibus II. 11. VI. 17. aeque ultro consequatur, ac propositio VI. 14. per eandem VI. 17. ad VI. 13. reducitur: quod et in primis quinque libri XIII. propositionibus supponitur; ipsaque propositionis VI. 30. solutione altera, ac prioris demonstratione docetur. Propositionum 28. 29. 32. 33. libri X. constructiones, concinnitatis demonstrationum gratia, immediate per VI. 13. VI. 12. in duabus prioribus et per II. 14. I. 45. in posterioribus peragi iubentur. Caeterum problema II. 14. sub generaliori VI. 25. tanquam casus particularis comprehenditur: pariter atque eius conversum Obs. 3. sub problemate VI. 28., quod enunciatio eius ex Halleyo et Rob. Simson. ad finem Obs. 3. allata, et Lemma praemissum propositioni X. 18. indicant. Eodemque modo ad VI. 29. se habet problema ad Obs. 5. II. 11., cuius casum specialem sistit II. 11. prouti etiam ex problematis VI. 30. solutione priori adparet. Denique observat Pfleiderer. l. c. §. 80. Claudium Richardum (Euclid. Elementor. libr. XIII. Antwerp. 1645.) incongrue prorsus demonstrationes propositionum II. 11. II. 14. in apagogicas transformare.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

ΟΡΟΙ.

α. Ἴσοι κύκλοι εἰσὶν, ὧν αἱ διάμετροι ἴσαι εἰσίν· ἢ ὧν αἱ ἐκ τῶν κέντρων ἴσαι εἰσίν.

DEFIN. I.

Ea, quae hic enunciantur, non pro definitione habenda, aut certe, si quo sensu definitionis loco haberi possint, antequam applicentur, demonstranda esse, passim monuerunt viri docti. Et Tartalea quidem (Euclide tradotto fol. 37. a.) suppositum per se satis manifestum, seu postulatum potius quam definitionem esse pronunciat: Borelli (Euclid restit. p. 63.) Angel. de Marchettis (Euclid. reform. p. 10.) König (Elem. d'Euclide p. 98.) Playfair (Elem. of Geom. p. 374.) ex definitionum serie plane hanc propositionem expungunt, atque inter axiomata simpliciter, vel adiuncta qualicunque declaratione aut demonstratione referunt: alii v. c. Billingsley (the Elem. of Euclide fol. 10. b.) Giordano da Bitonto (Euclide restituto Rom. 1680. p. 101.) Candalla (Euclid. Elem. fol. 19. b.) Clavius ad h. l. inter definitiones quidem retinent, at e generatione circuli veritatem enunciati aliquatenus demonstrare tentant: Rob. Simson. (Elem. of Eucl. 2. Ed. p. 95) omnino hanc definitionem non esse, sed theorema iudicat, in quo consentientem habet Pfleiderer. (Thes. inaug. 1782. Th. 3.) qui Thes. inaug. 1789. Th. 1—3) rem ita accuratius diiudicandam cen-

EUCLIDIS ELEMENTORUM

LIBER TERTIUS.

DEFINITIONES.

1. Aequales circuli sunt, quorum diametri sunt aequales, vel quorum quae ex centris aequales sunt.

set, demonstrandum quidem esse, circulorum areas et peripherias aequales esse, quorum radii aut diametri aequales sint; quod etiam facile fieri possit, re ad Ax. 8. libri I. demonstratione directa vel indirecta, priore simili ei, quae in I. 4. posteriore analoga iis, quae in III. 5. III. 6. adhibentur, reducta, erronee itaque hanc propositionem ut theorema omissam esse in elementis, eam ipsam autem iam demonstratam in nostra definitione, certe antequam ipsa applicetur, supponi, ac tum definitionem breviorem tantum denominationem, loco expressionis: *circuli, quorum diametri, vel quorum, quae ex centris, aequales sunt*, suppeditare, (quo sensu etiam circuli aequales sumantur III. 26--29. et VI. 33.) atque ita demum absque vitio subreptionis demonstrationibus alias metuendo adhiberi posse. Atque est quidem haec demonstratio facillima. Nempe, si fig. 204. circulum centro Γ radio ΓA, et centro Z radio $Z\Delta$ descriptorum diametri AB, ΔE, adeoque etiam semidiametri $A\Gamma$, ΔZ aequales fuerint, applicato centro unius Γ super centrum alterius Z, recta ΓA ponatur super recta $Z\Delta$, puncta quoque A, Δ, pariterque B, E coincident (Obs. ad I. 8. Ax.). Iam, si sumatur punctum quodcunque H in β΄. Εὐθεῖα κύκλου ἐφάπτεσθαι λέγεται, ἥτις ἁπτομένη τοῦ κύκλου καὶ ἐκβαλλομένη οὐ τέμνει τὸν κύκλον [1]).

γ΄. Κύκλοι ἐφάπτεσθαι ἀλλήλων λέγονται, οἵτινες ἁπτόμενοι ἀλλήλων οὐ τέμνουσιν ἀλλήλους.

1) Cod. a. et ex eo Peyrard. addunt: ἐπὶ μηδέτερα μέρη, quod quum nec necessarium, nec satis aptum, et in definitione quoque 3. non additum sit, nec in edit. Oxoniensi aut Basil. legatur, omisimus. Recipienda tamen haec verba putant De Lambre et Prony.

peripheria unius circuli, ducaturque recta ΓH, et fiat (I. 23.) angulus $EZ\Theta = B\Gamma H$, hi quoque anguli aequales, et rectae aequales ΓH, $Z\Theta$ coincident (Obs. ad I. 8. Ax.), adeoque puncta H, Θ coincident. Omnia igitur puncta utriusque peripheriae, adeoque totae peripheriae, et areae circulorum congruunt, ac proinde (I. 8. Ax.) aequales sunt. Cf. Pfleiderer. de dimens. circul. P. II. Tub. 1790, p. 4. Aliter ita: si positis iisdem ac ante, circulisque sibi eodem modo aptatis, sumere velis, punctum H non congruere cum puncto Θ in peripheria, cadet igitur vel extra vel intra circulum, centro Z radio $Z\Delta = \Gamma A$ descriptum, adeoque erit vel $\Gamma H > Z\Theta$, vel $\Gamma H < Z\Theta$, quod utrumque fieri nequit, quum etiam ponatur $\Gamma H = Z\Theta$. Cf. Pfleiderer. l. c. Caeterum Campanus in ipsa definitione addit: maiores circuli sunt, quorum diametri sunt maiores, minores, quorum diametri minores. Quod ipsum definitioni etiam subiungunt Clavius, Orontius Trineus, Billingsley, Borellius. Atque id quidem simili ratione probari poterit. Ex converso quoque huius propositionis valet: nempe circuli aequales diametros quoque et semidiametros invicem habent aequales; et prout quis circulus maior, minor sit altero, illius etiam diameter maior, minor erit diametro huius, quod facile per indirectum demonstrabitur, et notatum est a Borellio, et, quoad circulos aequales, a Giordano da Bitonto.

2. Recta circulum contingere dicitur, quae tangens circulum et producta circulum non secat.

3. Circuli contingere sese dicuntur, qui se tangentes sese non secant.

DEFIN. II.

Robert. Simson. ad definitiones libri quarti notat, quod iam hic observari meretur, Euclidem non promiscue uti vocibus ἅπτεσθαι et ἐφάπτεσθαι. Nempe, quando punctum aliquod positum est in recta, aut alia quavis linea, tum punctum illud apud geometras graecos ἅπτεσθαι tangere dicitur eam lineam: et quando recta, aut circulus circulo quoque modo occurrit, alter alterum ἅπτεσθαι dicitur. Quando vero recta et circulus occurrit circulo ita, ut ipsum non secet, dicitur ἐφάπτεσθαι, contingere circulum. Paucis tantum locis, nempe in Defin. IV. 5. et in III. 18. et III. 19. in textu graeco verbum simplex mutandum esse in compositum monet Rob. Simson. Quod ipsum etiam fieri debet in expositione propositionum III. 11. III. 12. Et reapse in Prop. III. 11. III. 12. et III. 18. Codex a Peyrardi habet verbum compositum, quo ipso confirmatur Simsonis observatio. Caeterum recta circulum, quod praemittendum erat, in puncto aliquo *secare* dicitur, si recta et circulus illud quidem punctum commune habeant, at puncta rectae, quae huic puncto communi adiacent, ex una parte puncti istius communis intra — ex altera extra circulum posita sint. Et recta circulum *contingere* dicitur, quae circulo in aliquo puncto occurrens eum *in hoc puncto* non secet: *nusquam* enim secare, demum III. 18. coll. III. 16. probatur.

DEFIN. III.

Similiter iis, quae sub finem definitionis praecedentis diximus, addi potest: a) Si duo circuli punctum aliquod commune habeant, ea vero puncta unius circuli, quae isti puncto communi proxima sunt, ex una puncti communis parte extra δ'. Ἐν κύκλῳ ἴσον ἀπέχειν ἀπὸ τοῦ κέντρου εὐθεῖαι λέγονται, ὅταν αἱ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπ' αὐτὰς κάθετοι ἀγόμεναι ἴσαι ὦσιν.

ε'. Μεῖζον δὲ ἀπέχειν λέγεται, ἐφ' ἣν ἡ μείζων κάθετος πίπτει.

ς'. Τμῆμα κύκλου ἐστὶ τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας.

ζ'. Τμήματος δὲ γωνία ἐστὶν ἡ περιεχομένη ὑπό τε εὐθείας καὶ κύκλου περιφερείας.

η'. Ἐν τμήματι δὲ γωνία ἐστὶν, ὅταν ἐπὶ τῆς περιφερείας τοῦ τμήματος ληφθῇ τι σημεῖον καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς εὐθείας ἥτις ἐστὶ βάσις τοῦ τμήματος ἐπιζευχθῶσιν εὐθεῖαι, ἡ περιεχομένη γωνία ὑπὸ τῶν ἐπιζευχθεισῶν εὐθειῶν.

θ'. Ὅταν δὲ αἱ περιέχουσαι τὴν γωνίαν εὐθεῖαι ἀπολαμβάνωσί τινα περιφέρειαν, ἐπ' ἐκείνης λέγεται βεβηκέναι ἡ γωνία.

alterum circulum, ex altera vero eius parte intra alterum circulum posita sint: tum duo isti circuli in puncto hoc communi se invicem secare dicuntur. b) Et duo circuli se in puncto aliquo contingere dicuntur, si punctum illud commune habeant, neque *in eo* se secent i. e. si ea puncta unius circuli, quae ex utraque parte isti puncto proxima sunt, vel ex utraque parte extra alterum circulum, vel ex utraque parte intra alterum circulum posita sint: (*nusquam* enim secare, quod hic Euclides sumit, probandum demum erit). c) Et quidem duo circuli *extra* se in puncto aliquo contingere dicuntur, si illud quidem punctum commune habent, ea vero puncta *utriusvis* circuli, quae illi puncto proxima sunt, ex utraque parte posita sint *extra* alterum circulum. d) Duo contra circuli *intra* se in puncto aliquo contingere dicuntur, si illud punctum commune habeant, ea vero puncta unius circuli, quae isti puncto proxima sunt, ex utraque parte po-

4. In circulo aequaliter distare a centro rectae dicuntur, quando perpendiculares ex centro ad ipsas ductae aequales sunt.

5. Magis autem distare dicitur ea in quam maior perpendicularis incidit.

6. Segmentum circuli est figura contenta recta et circuli circumferentia.

7. Angulus autem segmenti est, qui continetur recta et circuli circumferentia.

8. Angulus autem in segmento est, quando in circumferentia segmenti sumitur aliquod punctum, et ab ipso ad terminos rectae, quae est basis segmenti, coniunguntur rectae, angulus ab iunctis rectis contentus.

9. Quando autem rectae angulum continentes abscindunt aliquam circumferentiam, illi dicitur insistere angulus.

sita sint *intra* alterum circulum (adeoque ea puncta alterius circuli, quae isti puncto proxima sunt, ex utraque parte posita sint *extra* alterum circulum). Cf. Apollonii de Taction. quae supersunt. Gothae 1795. p. 34. 35.

DEFIN. IV.

1) Ita cum Peyrardo ex Cod. a. omnino legendum esse videtur. Edd. Oxon. et Basil. cum omnibus reliquis a Peyrardo comparatis manuscriptis habent: *Εἰ μὲν οὖν ἡ ὑπὸ ΒΗΓ ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ ΕΘΖ, φανερὸν, ὅτι καὶ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἴση ἐστίν· εἰ δὲ οὔ, μία αὐτῶν μείζων ἐστίν* etc. Quae tamen, quum ad finem demonstrationis denuo aequalitas angulorum *A* et *Δ* ex aequalitate angulorum *BHΓ*, *EΘZ* deducatur, minus apta videntur.

atque ex eadem ratione rectae *ΔE* *ΔB*, vel punctum *E* quoque positum est in recta, quae e media basi *BΓ* perpendicularis ad eam erigitur (I. 26. Cor. 4.) i. e. (III. 1. Cor. 1.) in diametro ad mediam basin ducta. Haec Corollaria habet Gilbert. p. 127.

Cor. 4. E Clavio, qui ad Candanum de Subtilit. id re-

In aequalibus enim circulis $AB\Gamma$, ΔEZ, aequalibus circumferentiis $B\Gamma$, EZ ad centra H, Θ, anguli insistant $BH\Gamma$, $E\Theta Z$, ad circumferentias vero anguli $BA\Gamma$, $E\Delta Z$; dico angulum $BH\Gamma$ angulo $E\Theta Z$ esse aequalem, angulum vero $BA\Gamma$ angulo $E\Delta Z$.

Si enim inaequalis sit angulus $BH\Gamma$ angulo $E\Theta Z$, unus ipsorum maior erit. Sit maior $BH\Gamma$, et constituatur ad rectam BH, et ad punctum in ea H, angulo $E\Theta Z$ aequalis BHK (I. 23.); aequales autem anguli aequalibus circumferentiis insistunt, quando ad centra sunt (III. 26.); aequalis igitur circumferentia BK circumferentiae EZ. Sed EZ ipsi $B\Gamma$ aequalis est, et BK igitur ipsi $B\Gamma$ est aequalis (I. Ax. 1.), minor maiori, quod fieri non potest. Non igitur inaequalis est angulus $BH\Gamma$ angulo $E\Theta Z$; aequalis igitur. Et est ipsius quidem $BH\Gamma$ dimidius angulus ad A, ipsius vero $E\Theta Z$ dimidius angulus ad Δ (III. 20.); aequalis igitur et angulus ad A angulo ad Δ. In aequalibus igitur etc.

fert. Cf. Gilbert. p. 130. Si (Fig. 257.) in circulo ductis duabus diametris sese ad angulos rectos secantibus, altera earum $A\Gamma$ producatur, sintque quadrantes ex una parte illius in partes quotcunque aequales ΓZ, ZI, IB, et totidem $A\Theta$, ΘH, HB divisi, iunganturque rectae $Z\Theta$, IH etc. quae ex Cor. 1. parallelae erunt, atque ex puncto extremo B alterius diametri per punctum divisionis I ipsi ex una parte proximum recta ducatur IB, quae cum altera diametro conveniet in K: erit tota recta KA inter punctum concursus K et concavam peripheriam circuli omnibus parallelis IH, $Z\Theta$ etc. una cum diametro $A\Gamma$ simul sumtis, aequales. Nam quum, ob arcus aequales, rectae IH, $Z\Theta$, $A\Gamma$ i. e. IH, KA, et $Z\Theta$, $A\Gamma$ (Cor. 1.) et ex eadem ratione BI, HZ (adeoque IK, HA), HZ, $\Theta\Gamma$

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κη.

Ἐν τοῖς ἴσοις κύκλοις αἱ ἴσαι εὐθεῖαι ἴσας περιφερείας ἀφαιροῦσι, τὴν μὲν μείζονα τῇ μείζονι, τὴν δὲ ἐλάττονα τῇ ἐλάττονι.

Ἔστωσαν ἴσοι κύκλοι οἱ $ΑΒΓ$, $ΔΕΖ$, καὶ ἐν αὐτοῖς ἴσαι εὐθεῖαι ἔστωσαν αἱ $ΒΓ$, $ΕΖ$, τὰς μὲν $ΒΑΓ$, $ΕΔΖ$ περιφερείας μείζονας ἀφαιροῦσαι, τὰς δὲ $ΒΗΓ$, $ΕΘΖ$ ἐλάττονας· λέγω ὅτι ἡ μὲν $ΒΑΓ$ μείζων περιφέρεια ἴση ἐστὶ τῇ $ΕΔΖ$ μείζονι περιφερείᾳ, ἡ δὲ $ΒΗΓ$ ἐλάττων περιφέρεια τῇ $ΕΘΖ$ ἐλάττονι.

Εἰλήφθω γὰρ τὰ κέντρα τῶν κύκλων, τὰ $Κ$, $Λ$, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ $ΒΚ$, $ΚΓ$, $ΕΛ$, $ΛΖ$.

(adeoque ZA, $\Theta\Gamma$) parallelae sint, erit $IH=KA$, et $Z\Theta=A\Gamma$ (I. 34.) adeoque $KA=KA+A\Gamma+\Gamma A=IH+Z\Theta+\Gamma A$.

Cor. 5. Si (Fig. 258.) semicirculus $A\Delta EH$ (qui in Cor. praeced. in numerum parem partium aequalium quemcunque divisus fuerat) iam dividatur in numerum imparem partium aequalium quemcunque AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ etc. et ducantur per puncta aequaliter a diametro distantia rectae $B\Theta$, ΓZ etc. quae inter se et cum diametro AOH parallelae erunt (Cor. 1.), et ad extremitates eius harum parallelarum, quae a diametro AH maxime distat, ducantur e centro O radii $O\Delta$, OE, summa rectarum $\beta\vartheta$, $\gamma\varepsilon$, ΔE, quas hi radii e parallelis intercipiunt, aequalis erit radio AO. Nam rectae ΔO, EO productae ad M, N, ob angulum $MON=\Delta OE$ (I. 15.) arcum $MN=\Delta E$ abscindent (III. 26.). Ductis deinde per Δ, Γ rectis ΔA, ΓK etc. parallelis rectae EM, abscindentur arcus MA, AK etc. aequales arcubus ΔE, $\Delta\Gamma$ etc. (III. 26. Cor. 2.) et, quum integer semicirculus MAE aequalis sit semicirculo $A\Delta H$, adeoque tot arcus aequales inter se, et arcubus AB, $B\Gamma$ etc. contineat, quot habet semicirculus $A\Delta H$, reliquus etiam arcus AK aequalis erit arcui $B\Gamma$, adeoque ducta BA parallela erit rectae ΓK.

PROPOSITIO XXVIII. (Fig. 260.)

In aequalibus circulis aequales rectae aequales circumferentias auferunt, maiorem quidem maiori, minorem vero minori.

Sint aequales circuli $AB\Gamma$, $\varDelta EZ$, et in ipsis aequales rectae $B\Gamma$, EZ 1), circumferentias quidem $BA\Gamma$, $E\varDelta Z$ maiores auferentes, circumferentias vero $BH\Gamma$, $E\Theta Z$ minores; dico maiorem quidem $BA\Gamma$ aequalem esse maiori $E\varDelta Z$, minorem vero $BH\Gamma$ minori $E\Theta Z$.

Sumantur enim centra circulorum, K, $\varLambda$, et iungantur BK, $K\Gamma$, $E\varLambda$, $\varLambda Z$.

1) In figuris et textu litteras reposuimus, quales sunt in edd. Oxon. et Basil. et in figura propositionis sequentis, quum Peyrardus nullam causam mutatarum litterarum afferat.

Pariter rectae ΓM, BA etc. inter se, et diametro $\varDelta N$ parallelae erunt (Cor. 1.) Et quum $\Gamma\varDelta$, $\varDelta M$ sint arcus aequales, rectae ΓM, $\varDelta A$ se intersecabunt in puncto aliquo δ sito in diametro, quae ad rectam $\varDelta M$, vel, quod eodem redit, ad rectam ei parallelam EN perpendicularis ducitur (Cor. 3.) i. e. ut facile patet, in diametro AOH. Eodem modo ostendetur, rectas ΓK, BA in puncto α eiusdem diametri convenire etc. Et quum sit $AO = B\vartheta$ (I. 34.) et $\alpha O = B\beta$ (I. 34.), erit $\beta\vartheta = A\alpha$. Eodem modo, quum sit $\alpha O = \Gamma\varepsilon$, at $\delta O = \Gamma\gamma$, erit $\alpha\delta = \gamma\varepsilon$. Denique est $\delta O = \varDelta E$ (I. 34.): itaque $A\alpha + \alpha\delta + \delta O$ i. e. $AO = \beta\vartheta + \gamma\varepsilon + \varDelta E$. Habet hanc propositionem Kraftius in Geom. Sublim. §. 92., qui eam La Hirio (Mém. de Math. 1692. p. 92.) tribuit. Cf. Gilbert. l. c. p. 131.

Cor. 6. Vid. Clavium, Boermannum, aliosque. Recta EZ (Fig. 259.), quae ex medio peripheriae alicuius ducitur circulum contingens, parallela est rectae lineae, quae peripheriam illam subtendit. Ducta enim e centro $\varDelta$ ad con-

Καὶ ἐπεὶ ἴσοι κύκλοι εἰσὶν, ἴσαι εἰσὶ καὶ αἱ ἐκ τῶν κέντρων· δύο δὴ αἱ ΒΚ, ΚΓ δυσὶ ταῖς ΕΛ, ΛΖ ἴσαι εἰσὶ, καὶ βάσις ἡ ΒΓ βάσει τῇ ΕΖ ἴση· γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΚΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΕΛΖ ἴση ἐστίν. Αἱ δὲ ἴσαι γωνίαι ἐπὶ ἴσων περιφερειῶν βεβήκασιν, ὅταν πρὸς τοῖς κέντροις ὦσιν· ἴση ἄρα ἡ ΒΗΓ περιφέρεια τῇ ΕΘΖ περιφερείᾳ. Ἔστι δὲ καὶ ὅλος ὁ ΑΒΓ κύκλος ὅλῳ τῷ ΔΕΖ κύκλῳ ἴσος· καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ΒΑΓ περιφέρεια λοιπῇ τῇ ΕΔΖ περιφερείᾳ ἴση ἐστίν. Ἐν ἄρα τοῖς ἴσοις, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ κθ'.

Ἐν τοῖς ἴσοις κύκλοις ὑπὸ τὰς ἴσας περιφερείας ἴσαι εὐθεῖαι ὑποτείνουσιν.

Ἔστωσαν ἴσοι κύκλοι οἱ ΑΒΓ, ΔΕΖ, καὶ ἐν αὐτοῖς ἴσαι περιφέρειαι ἀπειλήφθωσαν αἱ ΒΗΓ, ΕΘΖ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΓ, ΕΖ εὐθεῖαι· λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΒΓ εὐθεῖα τῇ ΕΖ.

Εἰλήφθω γὰρ τὰ κέντρα τῶν κύκλων, τὰ Κ, Λ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΚ, ΚΓ, ΕΛ, ΛΖ.

tactum *Α* recta *ΔΑ* perpendicularis est ad tangentem (III. 18.). At ductis *ΔΒ*, *ΔΓ*, in triangulis *ΔΒΘ*, *ΔΓΘ* est *ΔΒ=ΔΓ*, et *ΔΘ* communis, et ob arcus *ΑΒ*, *ΑΓ* ex hyp. aequales, angulus *ΒΔΘ=ΓΔΘ* (III. 27.), itaque *ΒΘΔ=ΓΘΔ* (I. 4.), proinde uterque rectus est (I. 13.): itaque recta *ΕΖ* parallela erit rectae *ΒΓ* (I. 28.). Hinc simul patet, rectam, quae e centro circuli ducta arcum circuli bifariam secat, secare etiam rectam illi arcui subtensam bifariam et ad angulos rectos.

Cor. 7. Conversa quoque antecedentis corollarii facile demonstrabitur: nempe, si recta *ΕΖ*, quae ex medio peripheriae alicuius ducitur, parallela est rectae lineae, quae il-

Et quoniam aequales circuli sunt, aequales sunt et rectae ex centris ductae (III. Def. 1.); duae igitur BK, $K\Gamma$ duabus $E\Lambda$, ΛZ aequales sunt, et basis $B\Gamma$ basi EZ aequalis; angulus igitur $BK\Gamma$ angulo $E\Lambda Z$ aequalis est (I. 8.). Aequales autem anguli aequalibus circumferentiis insistunt, quando ad centra sunt (III. 26.); aequalis igitur $BH\Gamma$ circumferentia ipsi $E\Theta Z$ circumferentiae. Est autem et totus $AB\Gamma$ circulus toti ΔEZ circulo aequalis; igitur et reliqua circumferentia $BA\Gamma$ reliquae circumferentiae $E\Delta Z$ aequalis est. In aequalibus igitur etc.

PROPOSITIO XXIX. (Fig. 260.)

In aequalibus circulis aequales circumferentias aequales rectae subtendunt.

Sint aequales circuli $AB\Gamma$, ΔEZ, et in ipsis sumantur aequales circumferentiae $BH\Gamma$, $E\Theta Z$, et iungantur $B\Gamma$, EZ rectae; dico aequalem esse rectam $B\Gamma$ rectae EZ.

Sumantur enim centra circulorum, K, Λ, et iungantur BK, $K\Gamma$, $E\Lambda$, ΛZ.

lam lineam subtendit, EZ contingit circulum. Erit nempe angulus $B\Delta\Theta = \Gamma\Delta\Theta$ (III. 27.) $\Delta B\Theta = \Delta\Gamma\Theta$ (I. 5.), adeoque (I. 32.) $B\Theta\Delta = \Gamma\Theta\Delta =$ recto (I. 13.). Unde et $E\Delta\Delta$ rectus erit (I. 29.) et $E\Delta$ circulum continget (III. 17.).

Cor. 8. Si in aequalibus circulis, vel in eodem circulo duo arcus inaequales fuerint, erunt etiam anguli iis insistentes inaequales, sive illi fuerint anguli ad centrum sive ad peripheriam, nominatim, qui maioribus arcubus insistunt anguli, erunt maiores. Et, si unus istorum arcuum sit multiplum alterius, erit etiam angulus priori insistens idem multiplum

Καὶ, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΗΓ περιφέρεια τῇ ΕΘΖ περιφερείᾳ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΚΓ τῇ ὑπὸ ΕΛΖ. Καὶ ἐπεὶ ἴσοι εἰσὶν οἱ ΑΒΓ, ΔΕΖ κύκλοι, ἴσαι εἰσὶ καὶ αἱ ἐκ τῶν κέντρων· δύο δὴ αἱ ΒΚ, ΚΓ δυσὶ ταῖς ΕΛ, ΛΖ ἴσαι εἰσὶ, καὶ γωνίας ἴσας περιέχουσι· βάσις ἄρα ἡ ΒΓ βάσει τῇ ΕΖ ἴση ἐστίν. Ἐν ἄρα τοῖς ἴσοις, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λ'.

Τὴν δοθεῖσαν περιφέρειαν δίχα τεμεῖν.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα περιφέρεια ἡ ΑΔΒ, δεῖ δὴ τὴν ΑΔΒ περιφέρειαν δίχα τεμεῖν.

anguli alteri insistentis. Est haec conversa III. 26. Cor. 2. et pariter de angulis gibbis quoque valet.

PROPOSITIO XXVIII.

Obs. Ad pleniorem rei tractationem (Pfleiderero monente) praemittenda fuerint sequentia; Si in uno circulo recta *ΒΓ* per centrum transeat, in altero etiam ei aequali recta *ΕΖ* ipsi *ΒΓ* aequalis per centrum transibit. Nam si *ΕΖ* non per centrum transiret, ea, quae per centrum circuli *ΔΕΖ* transit, maior foret quam *ΕΖ* (III. 15.) i. e. maior quam *ΒΓ*. Eadem autem illi est aequalis (III. Def. 1.) q. e. a. Tum autem, quum circuli aequales sint, semicirculi etiam, quos diametri *ΒΓ*, *ΕΖ* auferunt (I. Def. 17.) aequales erunt. Sin autem *ΒΓ* non per centrum transeat, nec ea, quae illi aequalis est, *ΕΖ* per centrum transire potest: nam, si *ΒΓ* non per centrum transit, erit illa minor diametro circuli *ΑΒΓ* (III. 15.) i. e. (III. Def. 1.) minor diametro circuli *ΔΕΖ*, itaque et *ΕΖ* minor est diametro circuli *ΔΕΖ*, adeoque non per centrum circuli *ΔΕΖ* transit. Atque hinc deinde reliqua consequentur ut apud Euclidem.

Cor. 1. Et quum circumferentiae, quas aequales rectae

Et quoniam aequalis est circumferentia $BH\Gamma$ circumferentiae $E\Theta Z$, aequalis est et angulus $BK\Gamma$ angulo EAZ (III. 27.). Et quoniam aequales sunt circuli $AB\Gamma$, ΔEZ, aequales sunt et rectae ex centris ductae; duae igitur BK, $K\Gamma$ duabus EA, AZ aequales sunt, et angulos aequales continent; basis igitur $B\Gamma$ basi EZ aequalis est. In aequalibus igitur etc.

PROPOSITIO XXX. (Fig. 268.)

Datam circumferentiam bifariam secare.

Sit data circumferentia $A\Delta B$; oportet circumferentiam $A\Delta B$ bifariam secare.

in aequalibus circulis vel in eodem circulo (cf. Obs. ad III. 26.) auferunt, sint aequales, anguli etiam, qui iis insistunt, sive ad centrum, sive ad peripheriam aequales erunt (III. 27.) adeoque segmenta erunt similia (III. Def. 11.). Cf. Pfleiderer.

Cor. 2. Si duo aequales circuli (Fig. 261.) se intersecent in A et B, arcus $A\Gamma B$, $A\Delta B$ erunt aequales, adeoque similis (III. 27. et III. Def. 11.).

Cor. 3. Si in aequalibus circulis aut in eodem circulo inaequales rectae constituantur, maior recta maiorem, minor minorem circumferentiam abscindet (I. 25. et III. 26. Cor. 3.), si nempe de segmentis loquamur, quae semicirculo minora sunt. In segmentis vero, quae semicirculo maiora sunt, contrarium valet, nempe minor recta maius segmentum subtendit. Cf. Clavius.

PROPOSITIO XXIX.

Obs. 1. Est haec conversa praecedentis. Et, siquidem circumferentia unius circuli sit semicirculus, erit (quum circumferentiae utrimque aequales sumtae sint, et circuli etiam aequales ponantur) etiam circumferentia, quae ex altero sumta est, semicirculus, adeoque rectae subtendentes diametri. Sin

Ἐπεζεύχθω ἡ AB, καὶ τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ Γ, καὶ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου τῇ AB εὐθείᾳ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ $\Gamma\Delta$, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ $A\Delta$, ΔB.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ $A\Gamma$ τῇ ΓB, κοινὴ δὲ ἡ $\Gamma\Delta$· δύο δὴ αἱ $A\Gamma$, $\Gamma\Delta$ δυσὶ ταῖς $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ ἴσαι εἰσίν. Καὶ γωνία ἡ ὑπὸ $A\Gamma\Delta$ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ $B\Gamma\Delta$ ἴση, ὀρθὴ γὰρ ἑκατέρα· βάσις ἄρα ἡ $A\Delta$ βάσει τῇ ΔB ἴση ἐστίν. Αἱ δὲ ἴσαι εὐθεῖαι ἴσας περιφερείας ἀφαιροῦσι, τὴν μὲν μείζονα τῇ μείζονι, τὴν δὲ ἐλάττονα τῇ ἐλάττονι· καί ἐστιν ἑκατέρα τῶν $A\Delta$, ΔB περιφερειῶν ἐλάττων ἡμικυκλίου· ἴση ἄρα ἡ $A\Delta$ περιφέρεια τῇ ΔB περιφερείᾳ.

autem aequales sint circumferentiae $BH\Gamma$, $E\Theta Z$, erunt, quum circuli aequales sint, etiam reliquae circumferentiae $BA\Gamma$, $E\Delta Z$ aequales, et quum, ut Euclides ostendit, aequales sint anguli ad centrum, adeoque etiam anguli ad peripheriam, segmenta haec erunt similia (III. Def. 11.). Et haec propositio pariter valet, si aequales circumferentiae in eodem circulo sumtae sint. Hinc consequitur

Cor. 1. Rectae AB, $\Gamma\Delta$ (Fig. 255.) ita ductae ut III. 26. Cor. 2. aequales sunt.

Cor. 2. Si vero in aequalibus circulis, vel in eodem circulo inaequalia segmenta sumta fuerint, dum utrumque minus est semicirculo, recta, quae minori segmento subtenditur, minor est ea, quae maiori subtenditur; in segmentis contra, quae utrimque semicirculo maiora sunt, contrarium obtinet. E. Clavio.

Obs. 2. Idem Clavius et ante eum Commandinus sequentes adiiciunt propositiones, quas sufficiat hic subiungere:

A.

Circuli, e quibus aequales rectae auferunt similia segmenta, aequales sunt.

Iungatur AB, et secetur bifariam in Γ (I. 10.), et a puncto Γ rectae AB ad rectos angulos ducatur ΓB (I. 11.), et iungantur $A\Delta$, ΔB.

Et quoniam $A\Gamma$ aequalis est ΓB, communis autem $\Gamma\Delta$; duae igitur $A\Gamma$, $\Gamma\Delta$ duabus $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ aequales sunt. Et angulus $A\Gamma\Delta$ angulo $B\Gamma\Delta$ aequalis, rectus enim uterque; basis igitur $A\Delta$ basi ΔB aequalis est (I. 4.). Aequales autem rectae aequales circumferentias auferunt, maiorem quidem maiori, minorem vero minori (III. 28.); et est utraque ipsarum $A\Delta$, ΔB circumferentiarum minor semicirculo; igitur circumferentia $A\Delta$ circumferentiae ΔB aequalis erit.

B.

Ex circulis inaequalibus aequales rectae dissimiles circumferentias auferunt.

C.

Rectae, quae ex circulis inaequalibus similes circumferentias auferunt, inaequales sunt.

D.

Rectae, quae ex quibuscunque circulis circumferentias similes inaequales auferunt, inaequales sunt.

Obs. 3. Ope huius propositionis varia adhuc theoremata demonstrari possunt, e quibus sequentia huc referre visum fuit. 1) Si divisus sit circulus in sex partes aequales in A, B, Γ, Δ, E, Z (Fig. 266.) — fieri id posse, infra ex IV. 15. patebit — ducanturque ΓE, BZ, ponantur $A\Gamma$, AE, occurrentes rectae BZ in Θ, H, dico rectam BZ trifariam esse divisam. Nempe ob aequales circumferentias $A\Gamma$, ΓE, EA erunt et rectae $A\Gamma$, ΓE, EA aequales (III. 29.), adeoque erit triangulum $A\Gamma E$ aequilaterum, adeoque aequiangulum (I. 6. Cor.), et, quum arcus $B\Gamma$, EZ sint aequales, erit BZ parallela rectae ΓE (III. 27. Cor. 1.), adeoque anguli $A\Theta H$, $AH\Theta$ aequales angulis Γ, E (I. 29.), unde et triangulum $A\Theta H$ erit aequiangulum, adeoque (I. 6. Cor.) aequilaterum.

Ἡ ἄρα δοθεῖσα περιφέρεια δίχα τέτμηται κατὰ τὸ Δ σημεῖον. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λά.

Ἐν κύκλῳ, ἡ μὲν ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ γωνία ὀρθή ἐστιν· ἡ δὲ ἐν τῷ μείζονι τμήματι ἐλάττων ὀρθῆς· ἡ δὲ ἐν τῷ ἐλάττονι τμήματι μείζων ὀρθῆς. Καὶ ἔτι ἡ μὲν τοῦ μείζονος τμήματος γωνία μείζων ἐστὶν ὀρθῆς· ἡ δὲ τοῦ ἐλάττονος τμήματος γωνία ἐλάττων ὀρθῆς.*

Et, quum sit angulus $AB\Theta = BA\Theta$ (I. 27.), erit $B\Theta = A\Theta$ (I. 6.) $= \Theta H$. Eodemque modo ostenditur, esse $ZH = H\Theta$: itaque recta BZ in punctis Θ, H trifariam divisa est. Est haec propositio Gregorii a St. Vincent. de Quadrat. Circul. p. 169. Cf. Kraft. Geom. Sublim. p. 79. et Gilbert. p. 132. 2) Si duo aequales circuli se intersecent in A et B (Fig. 267, et ex uno intersectionum puncto A describatur circulus, qui utrumque reliquorum circulorum secet, unum in Δ, alterum in Γ, puncta B, Γ, Δ in eadem recta erunt. Ducantur enim rectae AB, ΔB, et ΔB secet circulum $A\Delta B$ in Z: et, quum angulus $AB\Delta$ sit in utroque circulorum aequalium, arcus $A\Delta$, AZ, quibus insistit, aequales erunt (III. 26.), adeoque etiam rectae $A\Delta$, AZ, quae hos arcus subtendunt, aequales erunt (III. 29.) i. e. punctum Z erit in circulo, centro A radio $A\Delta$ descripto: idem vero ex hypothesi est etiam in circulo $A\Delta B$, ergo erit in utroque circulo, i. a. cum puncto intersectionis Γ coincidet. Est haec Gregorii a St. Vinc. III. 1. p. 167. ubi plures casus speciatim expositi sunt. Cf. Gilbert. p. 158.

PROPOSITIO XXX.

Obs. Circumferentiarum $A\Delta$, ΔB esse, ut in demonstratione dicitur, utramque minorem semicirculo, inde patet, quod ex III. 1. Cor. 1. recta $\Gamma\Delta$, si opus est producta per centrum transit, adeoque ex altera parte rectae AB demum

Ergo data circumferentia bifariam secta est in puncto Δ. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO XXXI. (Fig. 269.)

In circulo, angulus, qui in semicirculo, rectus est; qui vero in maiore segmento, minor recto; qui autem in minore segmento maior recto. Et insuper maioris segmenti angulus maior est recto; minoris vero segmenti angulus minor recto.

circulo iterum occurrit, et semicirculum subtendit, cuius itaque pars est circumferentia $A\Delta$ vel $B\Delta$. Plura hinc deduci possunt consectaria:

Cor. 1. Recta, quae chordam circuli (ita vocant rectam circuli segmento subtensam) bifariam et ad angulos rectos secat, aut, quod eodem redit (III. I. Cor. 1.) diameter circuli per mediam chordam ducta, aut diameter, quae chordae ad angulos rectos ducitur, bifariam dividit utrumque segmentum, cui chorda illa subtenditur.

Cor. 2. Diameter, quae alterutrum arcum a chorda subtensum bifariam dividit, bifariam dividit quoque alterum, pariter ac chordam, atque huic est ad angulos rectos.

Cor. 3. Recta, quae duos chordae alicui oppositos arcus bifariam dividit, est diameter, quae chordam bisecat, ipseque ad angulos rectos insistit.

Cor. 4. Recta, quae chordam aliquam, et unum arcuum, cui illa subtenditur, bisecat, est diameter, quae chordae ad angulos rectos insistit, et oppositum quoque arcum bisecat.

Cor. 5. Idem valet de perpendiculo ex puncto arcus alicuius in oppositam ipsi chordam demisso.

Cor. 6. Repetita problematis applicatione arcus circuli quicunque in quatuor, octo, sedecim et generaliter $2n$ partes aequales dividitur. (Sunt haec omnia e schedis Pfleidereri.)

Ἔστω κύκλος ὁ ΑΒΓΔ, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἔστω ἡ ΒΓ, κέντρον δὲ τὸ Ε, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΑ, ΑΓ, ΑΔ, ΔΓ. Λέγω ὅτι ἡ μὲν ἐν τῷ ΒΑΓ ἡμικυκλίῳ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ ὀρθή ἐστιν· ἡ δὲ ἐν τῷ ΑΒΓ μείζονι τοῦ ἡμικυκλίου τμήματι γωνία, ἡ ὑπὸ ΑΒΓ, ἐλάττων ὀρθῆς· ἡ δὲ ἐν τῷ ΑΔΓ ἐλάττονι τοῦ ἡμικυκλίου τμήματι γωνία ἡ ὑπὸ ΑΔΓ μείζων ἐστὶν ὀρθῆς.

Ἐπεζεύχθω ἡ ΑΕ, καὶ διήχθω ἡ ΒΑ ἐπὶ τὸ Ζ.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΕ τῇ ΕΑ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΒΕ τῇ ὑπὸ ΒΑΕ. Πάλιν, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΓΕ τῇ ΕΑ, ἴση ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΓΕ τῇ ὑπὸ ΓΑΕ· ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΑΓ δυσὶ ταῖς ὑπὸ ΑΒΓ, ΑΓΒ ἴση ἐστίν. Ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΖΑΓ ἐκτὸς τοῦ ΑΒΓ τριγώνου δυσὶ ταῖς ὑπὸ ΑΒΓ, ΑΓΒ γωνίαις ἴση· ἴση ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΖΑΓ, ὀρθὴ ἄρα ἑκατέρα· ἡ ἄρα ἐν τῷ ΒΑΓ ἡμικυκλίῳ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΑΓ ὀρθή ἐστιν.

PROPOSITIO XXXI.

Obs. 1. Circa ea, quae ad finem huius propositionis de angulo *segmenti maioris aut minoris semicirculo dicuntur*, eadem valent, quae in excursu ad hunc librum de segmento semicirculi ad Prop. 16. diximus, unde iidem etiam, qui ultimam propositionis 16. partem pro spuria habent: et idcirco omittunt, huius quoque ultimam partem ex pari ratione omittunt. Praeterea, quum in Prop. 31. doctrina de angulis in segmentis, quam Prop. 20. 21. Euclides exhibere coeperat, absolvatur, ad pleniorem autem Prop. 26. expositionem conversa Prop. 31. pertinere videatur, ut ad Prop. 26. monuimus, neque tamen Prop. 31. ante III. 22. ad quam illa recurrit, poni possit, verisimile fuerit, ab ipso auctore Prop. 31. forte statim post III. 22. positam fuisse, e quo ordine forte postea, quum III. 26. mutilata fuisset, mota, et ante III.

Sit circulus $AB\Gamma\Delta$, diameter autem ipsius sit $B\Gamma$, centrum vero E, et iungantur BA, $A\Gamma$, $A\Delta$, $\Delta\Gamma$; dico angulum $BA\Gamma$ in semicirculo $BA\Gamma$ rectum esse; angulum autem $AB\Gamma$ in segmento $AB\Gamma$ semicirculo maiore minorem recto; angulum vero $A\Delta\Gamma$ in segmento $A\Delta\Gamma$ semicirculo minore maiorem esse recto:

Iungatur AE, et producatur BA ad Z.

Et quoniam BE aequalis est EA, aequalis est et angulus ABE, angulo BAE (I. 5.). Rursus; quoniam ΓE aequalis est EA, aequalis est et $A\Gamma E$ angulo ΓAE (I. 5.); totus igitur $BA\Gamma$ duobus $AB\Gamma$, $A\Gamma B$ aequalis est. Est autem et angulus $ZA\Gamma$, extra triangulum $AB\Gamma$, duobus angulis $AB\Gamma$, $A\Gamma B$ aequalis (I. 32.); aequalis igitur et angulus $BA\Gamma$ angulo $ZA\Gamma$; rectus igitur uterque (I. Def. 10.); angulus igitur $BA\Gamma$ in semicirculo $BA\Gamma$ rectus est.

33. in qua nunc primum adhibetur, posita fuit. Ita de hac re iudicat Pfleiderer. in sched. mscpt. Cf. Thes. inaugur. 1791. Th. 2. sqq. Eam, quae secundo loco ponitur, demonstrationem omittit Rob. Simson., Austin. contra ex ea illud quoque deducit, quod angulus in maiore segmento minor recto, angulus autem in minore segmento maior sit recto. Idem iudicat, Corollarium vulgo additum non huc pertinere, sed ad I. 32., cui propositioni etiam nos illud, paullo generalius, ut Cor. 5. subiunximus. Et manifestum est, conversam quoque propositionis III. 31. locum habere. Nempe, si angulus aliquis ad peripheriam rectus sit, erit in semicirculo; si sit acutus, vel minor recto, erit in segmento maiore; si sit obtusus, vel maior recto, erit in segmento minore; quod facile, sumto contrario, demonstrabitur. Ita Clavius. Potest

Καὶ ἐπεὶ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου δύο γωνίαι αἱ ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΑΓ δύο ὀρθῶν ἐλάττονές εἰσιν, ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ· ἐλάττων ἄρα ὀρθῆς ἐστιν ἡ ὑπὸ ΑΒΓ γωνία, καί ἐστιν ἐν τῷ ΑΒΓ μείζονι τοῦ ἡμικυκλίου τμήματι.

Καὶ ἐπεὶ ἐν κύκλῳ τετράπλευρόν ἐστι τὸ ΑΒΓΔ, τῶν δὲ ἐν τοῖς κύκλοις τετραπλεύρων αἱ ἀπεναντίον γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΒΓ, ΑΔΓ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. Καί ἐστιν ἡ ὑπὸ ΑΒΓ ἐλάττων ὀρθῆς· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΔΓ γωνία μείζων ὀρθῆς ἐστι, καί ἐστιν ἐν τῷ ΑΔΓ ἐλάττονι τοῦ ἡμικυκλίου τμήματι.

Λέγω ὅτι καὶ ἡ μὲν τοῦ μείζονος τμήματος γωνία, ἡ περιεχομένη ὑπό τε τῆς ΑΒΓ περιφερείας καὶ τῆς ΑΓ εὐθείας, μείζων ἐστὶν ὀρθῆς· ἡ δὲ τοῦ ἐλάττονος τμήματος γωνία, ἡ περιεχομένη ὑπό τε τῆς ΑΔΓ περιφερείας καὶ τῆς ΑΓ εὐθείας, ἐλάττων ἐστὶν ὀρ-

autem etiam directe demonstrari. Idem Clavius aliique sequentia addunt corollaria.

Cor. 2. In triangulo rectangulo *ΒΑΓ* (Fig. 270.), si hypotenusa *ΒΓ* bisecetur in *E*, et centro *E* radio *EB*=*EΓ* describatur circulus, transibit ille per *A* verticem anguli recti, vel, ut aliter dicamus; circulus super *ΒΓ* descriptus est locus verticum omnium triangulorum rectangulorum super *ΒΓ* descriptorum. Quum enim angulus *ΒΑΓ* rectus sit, erit angulus *ΑΒΓ* minor recto (I. 17. Cor. 1.), adeoque circulus radio *EB* descriptus cum recta *BA* iterum conveniet (III. 16. Cor. 2.). Et quidem convenire cum ea debet in puncto *A*. Si enim non in *A* conveniat, conveniet cum recta *BA* in puncto aliquo ab *A* diverso v. c. in *Δ*, eritque angulus *ΒΔΓ* rectus, utpote in semicirculo situs (III. 31.). Idem vero etiam maior est angulo recto *ΒΑΓ* (I. 16.) q. e. a. Eodem modo ostenditur, circulum rectam *BA* non secare in puncto

Et quoniam trianguli $AB\Gamma$ duo anguli $AB\Gamma$, $BA\Gamma$ duobus rectis minores sunt (I. 17.); rectus autem $BA\Gamma$; minor igitur recto est angulus $AB\Gamma$, atque est in segmento $AB\Gamma$ semicirculo maiore.

Et quoniam $AB\Gamma\Delta$ est quadrilaterum in circulo, quadrilaterorum autem in circulis anguli oppositi duobus rectis aequales sunt (III. 22.), anguli $AB\Gamma$, $A\Delta\Gamma$ duobus rectis aequales sunt. Et $AB\Gamma$ minor est recto; reliquus igitur angulus $A\Delta\Gamma$ maior recto est, et est in segmento $A\Delta\Gamma$ semicirculo minore.

Dico praeterea maioris quidem segmenti angulum comprehensum ab $AB\Gamma$ circumferentia et $A\Gamma$ recta, maiorem esse recto; minoris vero segmenti angulum comprehensum ab $A\Delta\Gamma$ circumferentia et $A\Gamma$ recta, minorem esse recto. Et est hoc manifestum. Quo-

aliquo Z in recta BA ultra A producta. Secabit ergo in A.

Cor. 3. Facilior hinc emergit ratio solvendi problema, quod habetur in III. 17. Prop., descripto nempe super recta AE (Fig. 233.) circulo, qui, quum ex Cor. 2. transire debeat per puncta B, Θ in circulo dato $\Gamma B\Delta$, puncta haec assignabit, ad quae ex A rectae contingentes AB, $A\Theta$ duci possunt. Simili modo solvetur problema, quod habuimus in III. 17. Obs. 4. descripto super recta $\Delta\alpha$ (Fig. 236.) semicirculo, qui punctum δ designabit. Pari ratione solvetur problema I. 47. Cor. 10.: describere quadratum, quod aequale sit differentiae duorum quadratorum.

Cor. 4. Quadrilaterum in circulo inscriptum, cuius duo latera opposita sunt parallela (Fig. 271.) parallelogrammum est rectangulum. E Clavio, et Pappi Collect. Mathem. in III. 52. Prop. cf. quae diximus ad III. 22. Obs. 2. et ad III. 22. Obs. 5. Quum enim ex hypoth. sint AB, $\Gamma\Delta$ parallelae, θῆς. Καί ἐστιν αὐτόθεν φανερόν. Ἐπεὶ γὰρ ἡ ὑπὸ τῶν *ΒΑ*, *ΑΓ* εὐθειῶν περιεχομένη ὀρθὴ γωνία ἐστὶν, ἡ ἄρα ὑπὸ τῆς *ΑΒΓ* περιφερείας καὶ τῆς *ΑΓ* εὐθείας περιεχομένη μείζων ἐστὶν ὀρθῆς. Πάλιν, ἐπεὶ ἡ ὑπὸ τῶν *ΑΓ*, *ΑΖ* εὐθειῶν ὀρθή ἐστιν· ἡ ἄρα ὑπὸ τῆς *ΓΑ* εὐθείας καὶ τῆς *ΑΓΔ* περιφερείας περιεχομένη ἐλάττων ἐστὶν ὀρθῆς. Ἐν κύκλῳ ἄρα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Α Λ Λ Ω Σ.

Ἀπόδειξις τοῦ ὀρθὴν εἶναι τὴν ὑπὸ *ΒΑΓ*. Ἐπεὶ διπλῆ ἐστιν ἡ ὑπὸ *ΑΕΓ* τῆς ὑπὸ *ΒΑΕ*, ἴση γὰρ

erunt (III. 26. Cor. 1.) arcus *ΒΕΓ*, *ΑΖΔ* aequales. Eodem modo ostenditur, aequales esse arcus *ΑΘΒ*, *ΔΗΓ*: erit itaque *ΑΒΓ* semicirculus, adeoque angulus *Β* rectus (III. 31.); eodemque modo res de reliquis angulis demonstrabitur.

Cor. 5. Si per centrum *Δ* circuli alicuius (Fig. 272. a. b. c.) circulus describatur, et per utriusque circuli centrum recta ducatur, quae posteriorem circulum secet in *Ζ*, si deinde ex puncto *Ζ* ducatur recta quaecunque, quae priorem circulum secet in *Β*, *Γ*: pars illius *ΒΓ* intra priorem circulum contenta a posteriore secabitur bifariam in puncto aliquo *Ε*. Clavius et Pappi Collect. Mathem. VII. 91. vel ad Inolin. L. II. ad Probl. 24. cf. Gilbert. p. 158. Ducta enim *ΔΕ*, erit angulus *ΔΕΖ* rectus (III. 31.) quippe in semicirculo constitutus, adeoque recta *ΒΕ* in *Ε* bifariam secatur (III. 3.).

Cor. 6. Si recta aliqua *ΒΑ* (Fig. 269.) in circulo non transeat per centrum, adeoque circulum in segmenta inaequalia secet (Obs. ad I. 17. 18. Def.) ducaturque diameter *ΒΓ*, iuncta *ΑΓ*, angulus *ΑΓΒ* in maiore segmento differet ab angulo recto (nempe minor eo erit) angulo *ΑΒΓ*, quem chorda *ΑΒ* cum diametro *ΒΓ* comprehendit. Et quum angulus in segmento ad oppositas partes rectae *ΑΒ* posito rectum angulum niam enim angulus a BA, $A\Gamma$ rectis comprehensus rectus est, qui ab $AB\Gamma$ circumferentia et $A\Gamma$ recta comprehenditur, maior est recto. Rursus, quoniam angulus ab $A\Gamma$, AZ rectis comprehensus rectus est, qui a ΓA recta, et $A\Gamma\Delta$ circumferentia comprehenditur, minor est recto. In circulo igitur etc.

ALITER.

Demonstratur angulum $BA\Gamma$ rectum esse. Quoniam angulus $AE\Gamma$ duplus est anguli BAE, aequalis

eadem quantitate superet, qua angulus $B\Gamma A$ minor est recto (III. 22.), angulus in opposito isto segmento pariter differet ab angulo recto (maior eo erit) angulo $AB\Gamma$. Cf. Thom. Simpson. Elem. of Geom. Book III. Prop. 16.

Obs. 2. Aliter propositionis III. 31. pars prima ita efferri potest: Si duae rectae AB, $A\Gamma$ circulo inscriptae (Fig. 269.) atque ex eodem in circulo puncto A exeuntes rectum angulum efficiant, summa quadratorum earum aequale est quadrato diametri. Nempe, quum ex I. 47. summa quadratorum earum aequale sit quadrato hypothenusae $B\Gamma$, quod ita effertur, nihil aliud dicit, quam hypotenusam $B\Gamma$ esse simul diametrum circuli, sive $BA\Gamma$ esse semicirculum. Potest autem inde deduci generalior propositio, nempe: si duae rectae circulo inscriptae AE, $B\Delta$ (Fig. 273. a. b.) se invicem in puncto aliquo Γ, sive intra, sive extra circulum posito ita secent, ut angulum rectum comprehendant, erit summa quadratorum rectarum e puncto sectionis usque ad puncta, in quibus circulo occurrunt, aequalis quadrato diametri. Omisso eo casu, quo altera rectarum AE, $B\Delta$ per centrum transit, qui nihil difficultatis habet, ducantur rectae $A\Delta$, ΔE, EB, BA et diameter AZ, ac iungatur ΔZ, eritque (Fig. 273. a.) angul. $AZ\Delta$

δυσὶ ταῖς ἐντὸς καὶ ἀπεναντίον· ἐστὶ δὲ καὶ ἡ ὑπὸ AEB διπλῆ τῆς ὑπὸ $EA\Gamma$· αἱ ἄρα ὑπὸ AEB, $AE\Gamma$ διπλασίονές εἰσι τῆς ὑπὸ $BA\Gamma$. Ἀλλὰ αἱ ὑπὸ AEB, $AE\Gamma$ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν· ἡ ἄρα ὑπὸ $BA\Gamma$ ὀρθή ἐστιν. Ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΠΟΡΙΣΜΑ.

Ἐκ δὴ τούτου φανερὸν, ὅτι ἐὰν ἡ μία γωνία τριγώνου ταῖς δυσὶν ἴση ᾖ, ὀρθή ἐστιν ἡ γωνία· διὰ τὸ καὶ τὴν ἐκείνης ἐφεξῆς[1]) ταῖς αὐταῖς ἴσην εἶναι. Ὅταν δὲ ἐφεξῆς ἴσαι ὦσιν, ὀρθαί εἰσιν.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λβ΄.

Ἐὰν κύκλου ἐφάπτηταί τις εὐθεῖα, ἀπὸ δὲ τῆς ἁφῆς εἰς τὸν κύκλον διαχθῇ τις εὐθεῖα τέμνουσα τὸν κύκλον, ἃς ποιεῖ γωνίας πρὸς τῇ ἐφαπτομένῃ ἴσαι ἔσονται ταῖς ἐν τοῖς ἐναλλὰξ τοῦ κύκλου τμήμασι γωνίαις.

1) Hanc lectionem ἐφεξῆς ex edd. Oxon. et Basil. restituimus. Peyrardus e Cod. a ponit τὴν ἐκείνης ἐκτός. At haec lectio ad sequens: ἐφεξῆς non quadrat, et praeterea esse debebat τὴν ἐκείνου ἐκτὸς, quum angulus exterior nunquam ad alium angulum, sed ad triangulum referatur.

$=AB\Gamma$ ex III. 22. Cor. 1. Et, quum angulus $A\Delta Z$, utpote rectus (III. 31.) aequalis sit angulo $A\Gamma B$ ex hypothesi quippe recto, erit reliquus angulus $\Delta AZ = \Gamma AB$ (I. 32.), adeoque arcus $\Delta Z =$ arcui EB (III. 26.), et recta $\Delta Z =$ rectae EB (III. 29.). Est autem in triangulo rectangulo $A\Delta Z$ ex I. 47. $A\Delta q + \Delta Z q = AZ q$, itaque $A\Delta q + EB q = AZ q$. At $A\Delta q = A\Gamma q + \Delta\Gamma q$ (I. 47.), et $EB q = E\Gamma q + B\Gamma q$: itaque $A\Gamma q + \Delta\Gamma q + E\Gamma q + B\Gamma q = \Delta Z q$. Et, quum etiam sit $\Delta E q = \Delta\Gamma q + E\Gamma q$, et $AB q = A\Gamma q + B\Gamma q$, erit etiam $\Delta B q + AB q = AZ q$.

enim duobus interioribus et oppositis (I. 32.); est autem et angulus AEB duplus anguli $EA\Gamma$; anguli igitur AEB, $AE\Gamma$ dupli sunt anguli $BA\Gamma$. Sed anguli AEB, $AE\Gamma$ duobus rectis aequales sunt (I. 13.); ergo $BA\Gamma$ rectus est. Quod oportebat ostendere.

COROLLARIUM.

Ex hoc manifestum est, si unus angulus trianguli duobus aequalis sit, rectum esse angulum, propterea quod eius angulus deinceps iisdem est aequalis. Quando autem ipsi deinceps sunt aequales, recti sunt (I. Def. 10.)

PROPOSITIO XXXII. (Fig. 274.)

Si aliqua recta circulum contingat, a contactu autem ducatur aliqua recta circulum secans, anguli, quos haec cum contingente facit, aequales erunt angulis in alternis circuli segmentis.

Casu itaque (Fig. 273. a.) utraque summa quadratorum laterum oppositorum quadranguli $ABE\Delta$ separatim sumta aequalis erit quadrato diametri, casu autem (Fig. 273. b.) eidem quadrato diametri aequalis erit tam summa quadratorum laterum oppositorum $A\Delta$, EB (quae interposita sunt iis, quae producta angulum rectum efficiunt), quam summa quadratorum diagonalium ΔE, AB. Praeterea, si ex centro Θ demittantur in ΔB, AE perpendiculares ΘH, ΘK, quae chordas ΔB, AE bisecabunt (III. 3.), ductaque $\Theta\Gamma$, erit (Fig. 273. a.) $\Delta B\text{q} = \Delta\Gamma\text{q} + B\Gamma\text{q} + 2\Delta\Gamma \times \Gamma B$ (II. 4.). At $\Delta\Gamma \times \Gamma B = \Delta H\text{q} - H\Gamma\text{q}$ (II. 5.), adeoque erit $\Delta B\text{q} = \Delta\Gamma\text{q} + B\Gamma\text{q} + 2\Delta H\text{q} - 2H\Gamma\text{q}$. Eodemque modo $AE\text{q} = A\Gamma\text{q} + \Gamma E\text{q} + 2EK\text{q} - 2K\Gamma\text{q}$, adeoque $\Delta B\text{q} + AE\text{q} = \Delta\Gamma\text{q} + A\Gamma\text{q} + B\Gamma\text{q} + \Gamma E\text{q} + 2\Delta H\text{q} + 2EK\text{q} - (2H\Gamma\text{q} + 2K\Gamma\text{q})$, vel, ob $\Delta\Gamma\text{q} + A\Gamma\text{q} + B\Gamma\text{q} + \Gamma E\text{q} = AZ\text{q}$

Κύκλου γὰρ τοῦ ΑΒΓΔ ἐφαπτέσθω τις εὐθεῖα ἡ ΕΖ κατὰ τὸ Β σημεῖον, καὶ ἀπὸ τοῦ Β σημείου διήχθω τις εὐθεῖα εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον τέμνουσα αὐτὸν ἡ ΒΔ· λέγω ὅτι ἃς ποιεῖ γωνίας ἡ ΒΔ μετὰ τῆς ΕΖ ἐφαπτομένης ἴσαι ἔσονται ταῖς ἐν τοῖς ἐναλλὰξ τμήμασι τοῦ κύκλου γωνίαις, τουτέστιν, ὅτι ἡ μὲν ὑπὸ ΖΒΔ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ἐν τῷ ΒΑΔ τμήματι συνισταμένῃ γωνίᾳ, ἡ δὲ ὑπὸ ΔΒΕ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ἐν τῷ ΔΓΒ τμήματι συνισταμένῃ γωνίᾳ.

Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Β τῇ ΕΖ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΑ, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ τῆς ΒΔ περιφερείας τυχὸν σημεῖον τὸ Γ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ, ΔΓ, ΓΒ.

Καὶ ἐπεὶ κύκλου τοῦ ΑΒΓΔ ἐφάπτεταί τις εὐθεῖα ΕΖ κατὰ τὸ Β, ἀπὸ δὲ τῆς ἁφῆς ἦκται τῇ ἐφαπτομένῃ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΑ, ἐπὶ τῆς ΒΑ ἄρα τὸ κέντρον ἐστὶ τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου 1)*· ἡ ἄρα ὑπὸ ΑΔΒ γωνία ἐν ἡμικυκλίῳ οὖσα ὀρθή ἐστι· λοιπαὶ ἄρα αἱ ὑπὸ ΒΑΔ, ΑΒΔ μιᾷ ὀρθῇ ἴσαι εἰσίν. Ἐστὶ δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΒΖ ὀρθή· ἡ ἄρα ὑπὸ ΑΒΖ ἴση ἐστὶ ταῖς ὑπὸ ΒΑΔ, ΑΒΔ. Κοινὴ ἀφῃρήσθω ἡ ὑπὸ ΑΒΔ· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΒΖ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ἐν τῷ ἐναλλὰξ τμήματι τοῦ κύκλου γωνίᾳ, τῇ ὑπὸ ΒΑΔ.*

1) Peyrardus e Cod. a addit: *ἡ ΒΑ ἄρα διάμετρός ἐστι τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου.* Edd. Oxon. et Basil. haec verba omittunt.

ex demonstrat. et $H\Gamma q + K\Gamma q = H\Gamma q + \Theta H q = \Theta\Gamma q$, erit $\varDelta B q + \varDelta E q = \varDelta Z q + 2\varDelta H q + 2EK q - 2\Theta\Gamma q = \varDelta Z q + 2\varDelta H q + 2\Theta H q + 2EK q + 2\Theta K q - (2\Theta H q + 2\Theta K q) - 2\Theta\Gamma q = \varDelta Z q + 2\varDelta\Theta q + 2\Theta\varDelta q - 4\Theta\Gamma q = \varDelta Z q + 4\Theta Z q - 4\Theta\Gamma q = 2\varDelta Z q - 4\Theta\Gamma q$. Unde efficitur $\varDelta B q + \varDelta E q + 4\Theta\Gamma q = 2\varDelta Z q$ i. e. = summae quadratorum chordarum $\varDelta B$, $\varDelta E$, quae inter se angulum rectum efficiunt, si adiicias quadruplum quadratum rectae $\Theta\Gamma$ inter centrum et punctum intersectionis chordarum contentae, effi-

Circulum enim $AB\Gamma\Delta$ contingat aliqua recta EZ in puncto B, et a puncto B ducatur aliqua recta ΔB secans circulum $AB\Gamma\Delta$; dico, angulos, quos facit $B\Delta$ cum contingente EZ aequales esse angulis in alternis segmentis circuli, hoc est angulum quidem $ZB\Delta$ aequalem esse angulo in segmento $BA\Delta$ constituto, angulum vero ΔBE aequalem esse angulo in segmento $\Delta\Gamma B$ constituto.

Ducatur enim a B ipsi EZ ad rectos angulos BA (I. 11.), et sumatur in circumferentia $B\Delta$ quodlibet punctum Γ, et iungantur $A\Delta$, $\Delta\Gamma$, ΓB.

Et quoniam circulum $AB\Gamma\Delta$ contingit aliqua recta EZ in B, a contactu autem ducta est tangenti ad rectos angulos BA, in BA centrum est circuli $AB\Gamma\Delta$ (III. 19.); ergo angulus $A\Delta B$ in semicirculo constitutus rectus est (III. 31.); reliqui igitur $BA\Delta$, $AB\Delta$ uni recto aequales sunt (I. 32.). Est autem et ABZ rectus; ergo ABZ aequalis est ipsis $BA\Delta$, $AB\Delta$: Communis auferatur $AB\Delta$; reliquus igitur ΔBZ angulus aequalis est angulo $BA\Delta$ in alterno circuli segmento. Et quoniam in circulo quadrilaterum est

cietur duplum quadratum diametri. Et similiter in fig. 273. b. erit ΔBq$=\Delta\Gamma$q$+B\Gamma$q$-2\Delta\Gamma\times\Gamma B$ (II. 7.), at $\Delta\Gamma\times\Gamma B$ $=H\Gamma$q$-\Delta H$q (II. 6.), adeoque ΔBq$=\Delta\Gamma$q$+B\Gamma$q$+2\Delta H$q$-$ $2H\Gamma$q. Eodemque modo ΔEq$=\Delta\Gamma$q$+\Gamma E$q$+2EK$q$-2K\Gamma$q, unde deinde reliqua eodem modo consequuntur ac in fig. 273. a. Denique observari potest, casu fig. 273. a. esse arcum $AA\Delta$ $+BE=AA\Delta+\Delta Z=$ semicirculo, i. e. circumferentias $AA\Delta$ $+BE$ simul semicirculum efficere, adeoque etiam reliquas sibi oppositas circumferentias $\Delta B+\Delta E$ simul aequales esse semicirculo, casu autem fig. 273. b. esse circumferentias $AZ\Delta$ $-Z\Delta$ i. e. $AZ\Delta-BE=$ semicirculo, vel etiam circumferentias

Καὶ ἐπεὶ ἐν κύκλῳ τετράπλευρόν ἐστι τὸ ΑΒΓΔ, αἱ ἀπεναντίον αὐτοῦ γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. Εἰσὶν δὲ καὶ αἱ ὑπὸ ΔΒΖ, ΔΒΕ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι· αἱ ἄρα ὑπὸ ΔΒΖ, ΔΒΕ ταῖς ὑπὸ ΒΑΔ, ΒΓΔ ἴσαι εἰσὶν, ὧν ἡ ὑπὸ ΒΑΔ τῇ ὑπὸ ΔΒΖ ἐδείχθη ἴση· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΒΕ τῇ ἐν τῷ ἐναλλὰξ τοῦ κύκλου τμήματι τῷ ΔΓΒ, τῇ ὑπὸ ΔΓΒ γωνίᾳ, ἐστὶν ἴση. Ἐὰν ἄρα κύκλου, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λγ'.

Ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας γράψαι τμῆμα κύκλου, δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ.

$ABΔ+BE=ABΔ+ΔZ=$ semicirculo. Cf. Gregorii a St. Vincent. de Quadrat. Circuli L. III. Prop. 77. Carnot. de la Corrélat. des fig. de Géom. p. 98. sqq. et Géom. de position §. 132., ubi tamen falsa est, observante Pfleiderero, propositionis enunciatio; Gilbert. Geometrie p. 375. sqq. et van Swinden Anfangsgr. der Meſsk. p. 306. sqq.

PROPOSITIO XXXII.

Obs. 1. Distingui debent, ut Clavius, Borellius, Tacquet et Coëtsius monuerunt, duo casus, prout recta *BΔ* ipsa ad rectos angulos est rectae *EBZ*, aut non. Prior quoque nihil difficultatis habet.

Cor. 1. Angulus, quem recta circulum contingens cum recta secante circulum in puncto contactus prioris rectae efficit, dimidius est anguli ad centrum segmento circuli ad easdem partes sumto insistentis (III. 20.).

Cor. 2. Si recta ducatur, quae puncta contactus duarum rectarum circulum contingentium coniungit, recta haec iuncta angulos cum utraque contingente aequales efficiet. Quorum si uterque rectus sit, adeoque contingentes parallelae (I. 28.), recta iuncta erit diameter (III. 17. Cor. 2.): sin autem hi an-

$A B \Gamma \varDelta$, oppositi eius anguli duobus rectis aequales sunt (III. 22.). Sunt autem et ipsi $\varDelta BZ$, $\varDelta BE$ duobus rectis aequales (I. 13.); ipsi igitur $\varDelta BZ$, $\varDelta BE$ ipsis $BA\varDelta$, $B\Gamma\varDelta$ aequales sunt, quorum $BA\varDelta$ ipsi $\varDelta BZ$ ostensus est aequalis; reliquus igitur $\varDelta BE$ angulo $\varDelta\Gamma B$ in alterno circuli segmento $\varDelta\Gamma B$ aequalis est. Si igitur circulum etc.

PROPOSITIO XXXIII. (Fig. 276.)

Super data recta describere segmentum circuli, capiens angulum aequalem dato angulo rectilineo.

guli obliqui, adeoqui versus unam partem rectae iunctae minores duobus rectis fuerint, contingentes ex hac parte convenient (Ax. 11. vel Post. 5. I.), eruntque inter se aequales (I. 6.).

Cor. 3. In aequalibus circulis, aut in uno eodemque circulo, quae ad extremitates duarum chordarum ducuntur rectae circulos contingentes, aequales cum his chordis angulos efficiunt.

Cor. 4. Quum duo circuli, qui se in puncto aliquo contingunt, semper ab una eademque recta in hoc puncto contingantur (III. 17. Obs. 2.) patet, rectam, quae per hoc commune contactus punctum ita ducitur, ut utrumque circulum secet, arcus ab iis abscindere, qui angulos aequales capiunt, i. e. similia abscindere segmenta. Cf. Pappi Collect. Mathem. L. IV. Lemm. ad Prop. VIII. et L. VII. Prop. CII. et CVII. vel in Apollon. de Taction. Lemm. VII. et XI. et Gilbert. p. 162.

Obs. 2. Conversa quoque valet. Nempe, si recta aliqua circulo in aliquo punto occurrat, a puncto autem occursus ducatur alia recta circulum secans, sitque angulus, quem hae rectae inter se efficiunt, aequalis angulo in alterno circuli

Ἔστω ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα ἡ ΑΒ, ἡ δὲ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος ἡ πρὸς τῷ Γ· δεῖ δὴ ἐπὶ τῆς δοθείσης εὐθείας τῆς ΑΒ γράψαι τμῆμα κύκλου, δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ πρὸς τῷ Γ. Ἡ δὲ πρὸς τῷ Γ γωνία ἤτοι ὀξεῖά ἐστιν ἢ ὀρθὴ ἢ ἀμβλεῖα.

Ἔστω πρότερον ὀξεῖα, ὡς ἐπὶ πρώτης καταγραφῆς, καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ ΑΒ εὐθείᾳ καὶ τῷ Α σημείῳ τῇ πρὸς τῷ Γ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΒΑΔ· ὀξεῖα ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ ΒΑΔ. Καὶ ἤχθω τῇ ΑΔ ἀπὸ τοῦ Α σημείου πρὸς ὀρθὰς ἡ ΑΕ, καὶ τετμήσθω ἡ ΑΒ δίχα κατὰ τὸ Ζ, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Ζ σημείου τῇ ΑΒ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΖΗ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΒ. Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΖ τῇ ΖΒ, κοινὴ δὲ ἡ ΖΗ, δύο δὴ αἱ ΑΖ, ΖΗ δυσὶ ταῖς ΖΒ, ΖΗ ἴσαι εἰσί, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΖΗ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΒΖΗ ἴση· βάσις ἄρα ἡ ΑΗ βάσει τῇ ΗΒ ἴση ἐστίν. Ὁ ἄρα κέντρῳ μὲν τῷ Η, διαστήματι δὲ τῷ ΗΑ, κύκλος γραφόμενος ἥξει καὶ διὰ τοῦ Β. Γεγράφθω, καὶ ἔστω ὁ ΑΒΕ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΕ. Ἐπεὶ οὖν ἀπ' ἄκρας τῆς ΑΕ διαμέτρου, ἀπὸ τοῦ Α, τῇ ΑΕ πρὸς ὀρθάς ἐστιν ἡ ΑΔ, ἡ ΑΔ ἄρα ἐφάπτεται τοῦ κύκλου. Ἐπεὶ οὖν κύκλου τοῦ ΑΒΕ ἐφάπτεταί τις εὐθεῖα ἡ ΑΔ, καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ Α ἀφῆς εἰς τὸν ΑΒΕ κύκλον διῆκταί τις εὐθεῖα ἡ ΑΒ· ἡ ἄρα ὑπὸ ΔΑΒ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ἐν τῷ ἐναλλὰξ τμήματι γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΑΕΒ. Ἀλλ' ἡ ὑπὸ ΔΑΒ τῇ πρὸς τῷ Γ ἐστὶν

segmento; prior recta circulum in puncto occursus continget, quod facile demonstrabitur, sumto contrario. Hinc consequuntur

Cor. 1. Si recta aliqua circulo occurrat, et e puncto concursus ducatur alia recta circulum secans, sitque angulus, quem hae rectae inter se efficiunt, aequalis dimidio angulo

Sit data recta AB, datus autem angulus rectilineus ad Γ; oportet super data recta AB describere segmentum circuli, capiens angulum aequalem ei, qui est ad Γ. Est autem angulus ad Γ vel acutus, vel rectus, vel obtusus.

Sit primum acutus, ut in prima figura, et constituatur ad rectam AB et ad punctum A, angulo ad Γ aequalis ipse $BA\Delta$ (I. 23.); acutus igitur est et $BA\Delta$. Ducatur (I. 10.) ipsi $A\Delta$ ab puncto A ad rectos angulos recta AE, et secetur AB bifariam in Z, et ducatur a puncto Z ipsi AB ad rectos angulos recta ZH, et iungatur HB. Et quoniam aequalis est AZ ipsi ZB, communis autem ZH, duae AZ, ZH duabus ZB, ZH aequales sunt, et angulus AZH angulo BZH aequalis; basis igitur AH basi HB aequalis est (I. 4.). Ergo centro H, intervallo vero HA, circulus descriptus transibit et per B. Describatur, et sit ABE, et iungatur BE. Quoniam igitur ab extremitate A ipsius AE diametri ipsi AE ad rectos angulos est $A\Delta$, recta $A\Delta$ contingit circulum (III. 16.). Quoniam igitur circulum ABE tangit aliqua recta $A\Delta$, et a contactu ad A in circulum ABE ducta est aliqua AB, angulus ΔAB aequalis est angulo AEB in alterno circuli segmento (III. 32.) Sed ΔAB angulo ad Γ est aequalis; angulus igitur ad Γ aequalis est angulo AEB. Super data igitur recta

ad centrum segmento circuli ad easdem partes sumto insistenti, prior recta circulum continget.

Cor. 2. Si duae rectae, quae circulo occurrunt, cum chorda, quae occursus puncta coniungit, aequales angulos ex eadem parte faciant, una autem earum circulum contingat, altera quoque eam continget.

ἴση· καὶ ἡ πρὸς τῷ Γ ἄρα γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ ΑΕΒ. Ἐπὶ τῆς δοθείσης ἄρα εὐθείας τῆς ΑΒ τμῆμα κύκλου γέγραπται τὸ ΑΕΒ, δεχόμενον γωνίαν τὴν ὑπὸ ΑΕΒ ἴσην τῇ δοθείσῃ τῇ πρὸς τῷ Γ.

Ἀλλὰ δὴ ὀρθὴ ἔστω ἡ πρὸς τῷ Γ καὶ δέον ἔστω πάλιν ἐπὶ τῆς ΑΒ γράψαι τμῆμα κύκλου δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ πρὸς τῷ Γ ὀρθῇ. Συνεστάτω γὰρ πάλιν τῇ πρὸς τῷ Γ ὀρθῇ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΒΑΔ, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς δευτέρας καταγραφῆς, καὶ τετμήσθω ἡ ΑΒ δίχα κατὰ τὸ Ζ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Ζ, διαστήματι δὲ ὁποτέρῳ τῶν ΖΑ, ΖΒ, κύκλος γεγράφθω ὁ ΑΕΒ. Ἐφάπτεται ἄρα ἡ ΑΔ εὐθεῖα τοῦ ΑΒΕ κύκλου, διὰ τὸ ὀρθὴν εἶναι τὴν πρὸς τῷ Α γωνίαν. Καὶ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ ΒΑΔ γωνία τῇ ἐν τῷ ΑΕΒ τμήματι, ὀρθὴ γὰρ καὶ αὐτὴ ἐν ἡμικυκλίῳ οὖσα. Ἀλλὰ καὶ ἡ ὑπὸ ΒΑΔ τῇ πρὸς τῷ Γ ἴση ἐστίν. Καὶ ἡ ἐν τῷ ΑΕΒ τμήματι ἄρα ἴση ἐστὶ τῇ πρὸς τῷ Γ· γέγραπται ἄρα πάλιν ἐπὶ τῆς ΑΒ τμῆμα κύκλου τὸ ΑΕΒ, δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ πρὸς τῷ Γ.

Ἀλλὰ δὴ ἡ πρὸς τῷ Γ ἀμβλεῖα ἔστω, καὶ συνεστάτω αὐτῇ ἴση πρὸς τῇ ΑΒ εὐθείᾳ καὶ τῷ Α σημείῳ ἡ ὑπὸ ΒΑΔ, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς τρίτης καταγραφῆς, καὶ τῇ ΑΔ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΑΕ, καὶ τετμήσθω πάλιν ἡ ΑΒ δίχα κατὰ τὸ Ζ, καὶ τῇ ΑΒ πρὸς

Cor. 3. In eodem circulo aut in circulis aequalibus si ad extremitates aequalium chordarum ducantur rectae, quae aequales cum illis ad easdem partes angulos efficiunt, atque una ductarum circulum, ad quem ducta est, contingat, continget etiam altera eum, ad quem ducta est, circulum.

Cor. 4. Si duo circuli in puncto aliquo conveniant, et recta per illud punctum commune ducta ab utroque segmenta similia abscindat (e diversis rectae partibus, siquidem illa cir-

AB segmentum circuli descriptum est AEB, capiens angulum AEB aequalem d to angulo ad Γ.

Sit deinde angulus ad Γ rectus; et oporteat rursus super AB describere segmentum circuli, capiens angulum aequalem angulo recto ad Γ. Constituatur rursus angulo ad Γ recto aequalis $BA\Delta$ (I. 23.) ut in secunda figura, et secetur AB bifariam in Z (I. 10.), et centro Z, intervallo vero alterutra ipsarum AZ, ZB, circulus describatur AEB; contingit igitur recta $A\Delta$ circulum ABE, quod rectus est angulus ad A (III. 16.). Et aequalis est angulus $BA\Delta$ angulo in segmento AEB, rectus enim et ipse est in semicirculo consistens (III. 31.). Sed $BA\Delta$ angulo ad Γ aequalis est; angulus igitur in segmento AEB aequalis est angulo ad Γ. Descriptum est igitur rursus super AB segmentum circuli AEB, capiens angulum aequalem angulo ad Γ.

Sit denique angulus ad Γ obtusus, et constituatur ipsi aequalis ad rectam BA et ad punctum A angulus $BA\Delta$ (I. 23.), ut in tertia figura, et rectae $A\Delta$ ad angulos rectos ducatur AE (I. 10.), et secetur rursus AB bifariam in Z, et ipsi AB ad angulos rectos du-

culos e diversis puncti communis partibus secet: ex eadem rectae parte autem, si illa circulos ex eadem puncti communis parte secet), circuli in hoc puncto se contingent. Quod demonstrabitur, ducta recta, quae unum horum circulorum in isto puncto contingat. Ea enim, ut facile patet, continget etiam alterum, hinc circuli se contingent (Obs. 3. ad III. 10.).

PROPOSITIO XXXIII.

Obs. Duo tantum, ut monet Rob. Simson, casus distinὀρθὰς ἤχθω ἡ ΖΗ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΒ. Καὶ ἐπεὶ πάλιν ἴση ἐστὶν ἡ ΑΖ τῇ ΖΒ, καὶ κοινὴ ἡ ΖΗ, δύο δὴ αἱ ΑΖ, ΖΗ δυσὶ ταῖς ΒΖ, ΖΗ ἴσαι εἰσὶ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΖΗ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΒΖΗ ἴση· βάσις ἄρα ἡ ΑΗ βάσει τῇ ΒΗ ἴση ἐστίν. Ὁ ἄρα κέντρῳ μὲν τῷ Η, διαστήματι δὲ τῷ ΗΑ, κύκλος γραφόμενος ἥξει καὶ διὰ τοῦ Β. Ἐργέσθω ὡς ὁ ΑΕΒ. Καὶ ἐπεὶ τῇ ΑΕ διαμέτρῳ ἀπ' ἄκρας πρὸς ὀρθὰς ἦκται ἡ ΑΔ, ἡ ΑΔ ἄρα ἐφάπτεται τοῦ ΑΕΒ κύκλου. Καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ Α ἐπαφῆς διῆκται ἡ ΑΒ· ἡ ἄρα ὑπὸ ΒΑΔ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ἐν τῷ ἐναλλὰξ τοῦ κύκλου τμήματι τῷ ΑΘΒ συνισταμένῃ γωνίᾳ. Ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΒΑΔ γωνία τῇ πρὸς τῷ Γ ἴση ἐστί· καὶ ἡ ἐν τῷ ΑΘΒ ἄρα τμήματι γωνία ἴση ἐστὶ τῇ πρὸς τῷ Γ. Ἐπὶ τῆς ἄρα δοθείσης εὐθείας τῆς ΑΒ γέγραπται τμῆμα κύκλου τὸ ΑΘΒ, δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ πρὸς τῷ Γ. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λδʹ.

Ἀπὸ τοῦ δοθέντος κύκλου τμῆμα ἀφελεῖν, δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ.

guendi sunt, prout angulus datus vel rectus fuerit, vel obliquus. Et, si rectus fuerit, sufficit cum Clavio et Rob. Simson: semicirculum super data recta describere. Ex his rationibus Rob. Simson. vulgarem demonstrationem ab imperito aliquo depravatam putat. Caeterum paullo diversam solutionem habent Campanus, Clavius, Peletarius, Borellius, qui nempe rectam *AB*, si angulus datus obliquus sit, non bisecare, nec perpendiculum super ea erigere iubent, sed ad *B* angulum *ABH*=*BAH* constituunt, quod, ut facile patet, eodem redit. In solutione Euclidea ostendendum erat, quod facile fieri potest, rectas *ZH*, *AE* necessario convenire. Incatur ZH, et iungatur HB. Et quoniam rursus aequalis est AZ, ipsi ZB, et communis ZH, duae AZ ZH duabus BZ, ZH aequales sunt, et angulus AZH, angulo BZH aequalis; basis igitur AH basi BH aequalis est (I. 4.). Ergo circulus centro H, intervallo vero HA, descriptus transibit et per B. Transeat ut AEB. Et quoniam diametro AB ab extremitate ad rectos angulos ducta est $A\Delta$, ipsa $A\Delta$ contingit circulum AEB (III. 16.). Et a contactu ad A ducta est AB; ergo angulus $BA\Delta$ aequalis est angulo constituto in alterno circuli segmento $A\Theta B$. Sed angulus $BA\Delta$ angulo ad Γ aequalis est. Et angulus in segmento $A\Theta B$ aequalis est angulo ad Γ. Ergo super datam rectam AB descriptum est segmentum circuli $A\Theta B$, capiens angulum aequalem angulo ad Γ. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO XXXIV. (Fig. 276.)

A dato circulo segmentum auferre, capiens angulum aequalem dato angulo rectilineo.

signis huius problematis usus est in solvendis quam plurimis problematibus v. c. in iis, in quibus trianguli alicuius describendi basis, et angulus basi oppositus dantur, vel ex datis derivari possunt. Tum enim, si aliud adhuc trianguli elementum cognitum fuerit vel generalius, si alia adhuc determinatio accesserit, quae cum istis coniuncta ad efficiendum triangulum sufficiat, facilis plerumque erit trianguli constructio. Exempla habentur in appendice ad Data Euclid. ed. a Schwab. Probl. 2. 5. 26. et in append. Version. German. Locor. Planor. Apollonii Probl. 1. 5. 15. Caeterum aliam so-

Ἔστω ὁ δοθεὶς κύκλος ὁ $ΑΒΓ$, ἡ δὲ δοθεῖσα γωνία εὐθύγραμμος ἡ πρὸς τῷ $Δ$· δεῖ δὴ ἀπὸ τοῦ $ΑΒΓ$ κύκλου τμῆμα ἀφελεῖν, δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ τῇ πρὸς τῷ $Δ$.

Ἤχθω τοῦ $ΑΒΓ$ κύκλου ἐφαπτομένη ἡ $ΕΖ$ κατὰ τὸ $Β$ σημεῖον, καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ $ΕΖ$ εὐθείᾳ καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ $Β$ τῇ πρὸς τῷ $Δ$ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ $ΖΒΓ$.

Ἐπεὶ οὖν κύκλου τοῦ $ΑΒΓ$ ἐφάπτεταί τις εὐθεῖα ἡ $ΕΖ$, καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ $Β$ ἐπαφῆς διῆκται ἡ $ΒΓ$· ἡ ὑπὸ $ΖΒΓ$ ἄρα ἴση ἐστὶ τῇ ἐν τῷ $ΒΑΓ$ ἐναλλὰξ τμήματι συνισταμένῃ γωνίᾳ. Ἀλλ' ἡ ὑπὸ $ΖΒΓ$ τῇ πρὸς τῷ $Δ$ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ἐν τῷ $ΒΑΓ$ ἄρα τμήματι ἴση ἐστὶ τῇ πρὸς τῷ $Δ$ γωνίᾳ.

Ἀπὸ τοῦ δοθέντος ἄρα κύκλου τοῦ $ΑΒΓ$ τμῆμα ἀφῄρηται τὸ $ΒΑΓ$, δεχόμενον γωνίαν ἴσην τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ εὐθυγράμμῳ τῇ πρὸς τῷ $Δ$. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λέ.

Ἐὰν ἐν κύκλῳ δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, τὸ ὑπὸ τῶν τῆς μιᾶς τμημάτων περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν τῆς ἑτέρας τμημάτων περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

lutionem huius problematis habet Thom. Simpson. Elem. of Geom. B. 5. Probl. XXII. innixam Cor. 6. ad III. 31.

PROPOSITIO XXXIV.

Obs. Huius quoque problematis is casus facilius expediri potest, quo angulus datus rectus est. Tum nempe nihil opus est recta contingente, sed quaevis circuli diameter propositum efficit. Alia etiam problematis solutio peti potest, ex

Sit datus circulus $AB\Gamma$, datus vero angulus rectilineus ad Δ; oportet a circulo $AB\Gamma$ segmentum auferre, capiens angulum aequalem dato angulo rectilineo ad Δ.

Ducatur recta EZ circulum $AB\Gamma$ contingens ad punctum B (III. 17.), et constituatur ad rectam EZ et ad punctum in ea B angulus $ZB\Gamma$ aequalis angulo ad Δ (I. 23.).

Quoniam igitur circulum $AB\Gamma$ contingit aliqua recta EZ, et a contactu ad B ducta est $B\Gamma$; angulus $ZB\Gamma$ aequalis est angulo constituto in $BA\Gamma$ alterno segmento (III. 32.). Sed $ZB\Gamma$ angulo ad Δ aequalis est; angulus itaque in segmento $BA\Gamma$ aequalis est angulo ad Δ.

A dato igitur circulo $BA\Gamma$ segmentum ablatum est $BA\Gamma$, capiens angulum aequalem dato angulo rectilineo ad Δ. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO XXXV. (Fig. 277.)

Si in circulo duae rectae sese secent, rectangulum contentum sub segmentis unius aequale est rectangulo sub alterius segmentis contento.

III. 20. Sufficiet nempe ad centrum circuli constituere angulum duplum eius, qui datus est. Et, quum punctum B nullum determinatum in circulo dato locum obtineat, vel, quum infinite variari possit situs anguli ad centrum, qui duplus sit anguli dati, patet, novam addi posse determinationem, v. c. si quis iubeat, ut recta $B\Gamma$ parallela sit alii rectae datae.

PROPOSITIO XXXV.

Obs. 1. Distinctio casuum plenius ita erat instituenda.

Ἐν γὰρ τῷ κύκλῳ τῷ ΑΒΓΔ δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΓ, ΒΔ τεμνέτωσαν ἀλλήλας κατὰ τὸ Ε σημεῖον· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Εἰ μὲν οὖν αἱ ΑΓ, ΒΔ διὰ τοῦ κέντρου εἰσὶν, ὥςτε τὸ Ε κέντρον εἶναι τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου· φανερὸν ὅτι, ἴσων οὐσῶν τῶν ΑΕ, ΕΓ, ΔΕ, ΕΒ, καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ.

Μὴ ἔστωσαν δὴ αἱ ΑΓ, ΔΒ διὰ τοῦ κέντρου, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου, καὶ ἔστω τὸ Ζ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ζ ἐπὶ τὰς ΑΓ, ΔΒ εὐθείας κάθετοι ἤχθωσαν αἱ ΖΗ, ΖΘ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΖΒ, ΖΓ, ΖΕ.

Καὶ ἐπεὶ εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἡ ΖΗ εὐθεῖάν τινα μὴ διὰ τοῦ κέντρου τὴν ΑΓ πρὸς ὀρθὰς τέμνει, καὶ δίχα αὐτὴν τέμνει, ἴση ἄρα ἡ ΑΗ τῇ ΗΓ. Ἐπεὶ οὖν εὐθεῖα ἡ ΑΓ τέτμηται εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ Η, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ Ε, τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΗΕ τετραγώνου ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΗΓ. Προςκείσθω κοινὸν τὸ ἀπὸ τῆς ΗΖ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΓ μετὰ τῶν ἀπὸ τῶν ΖΗ, ΗΕ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΓΗ, ΗΖ. Ἀλλὰ τοῖς

Vel 1) utraque rectarum circulo inscriptarum per centrum transit, vel 2) alterutra tantum, vel 3) neutra. Casum 2. omissum esse a Theone sine dubio, queritur Rob. Simson, neque enim id ab Euclide factum videri, haberi enim eum casum 1. omnium facillimum, et in sequente propositione separatim demonstrare casum, quo recta per centrum transeat.

In circulo enim $AB\Gamma\Delta$ duae rectae $A\Gamma$, $B\Delta$ sese secent in puncto E; dico rectangulum sub AE, $E\Gamma$ contentum aequale esse rectangulo sub ΔE, EB contento.

Si igitur $A\Gamma$, $B\Delta$ per centrum transeant (Fig. 277. a.), ita ut E centrum sit circuli $AB\Gamma\Delta$; manifestum est aequalibus existentibus AE, $E\Gamma$, ΔE, EB, et ipsum sub AE, $E\Gamma$ contentum rectangulum aequale esse rectangulo sub ΔE, EB contento.

Non autem transeant $A\Gamma$, ΔB per centrum (Fig. 277. b.), et sumatur centrum circuli $AB\Gamma\Delta$ (III. 1.), et sit Z, et a Z ad $A\Gamma$, ΔB rectas perpendiculares ducantur ZH, $Z\Theta$ (I. 12.); et iungantur ZB, $Z\Gamma$, ZE.

Et quoniam recta aliqua ZH per centrum rectam aliquam $A\Gamma$ non per centrum ductam ad rectos secat, et bifariam ipsam secat (III. 3.); aequalis igitur AH ipsi $H\Gamma$. Quoniam igitur $A\Gamma$ secta est in aequalia quidem in H, in inaequalia vero in E, rectangulum sub AE, $E\Gamma$ contentum cum quadrato ex HE aequale est quadrato ex $H\Gamma$ (II. 5.). Commune addatur quadratum ex HZ; rectangulum igitur sub AE, $E\Gamma$ cum quadratis ex ZH, HE aequale est quadratis ex ΓH, HZ. Sed quadratis ex EH, HZ est aequale

Et habet omnino eum casum Campanus, qui eum deinde pariter ac Clavius, Henrion., Coëtsius, Playfair. et Rob. Simson. in duos casus particulares distinguit, prout nempe ea, quae per centrum transit, alteram bifariam dividit aut non. Tertius denique casus ab iisdem facile reducitur ad secundum, ducta nempe diametro per punctum, in quo duae rectae, quae *μὲν ἀπὸ τῶν ΕΗ, ΗΖ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΖΕ, τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΓΗ, ΗΖ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΖΓ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΖΕ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΓ. Ἴση δὲ ἡ ΖΓ τῇ ΖΒ. τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΖ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΒ. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΒ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΖΕ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΒ. Ἐδείχθη δὲ ὅτι καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΖΕ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΒ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΖΕ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΒ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΖΕ. Κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΖΕ· λοιπὸν ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΔΕ, ΕΒ περιεχομένῳ ὀρθογωνίῳ. Ἐὰν ἄρα ἐν κύκλῳ, καὶ τὰ ἑξῆς.*

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λϛ'.

Ἐὰν κύκλου ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτὸς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν κύκλον προσπίπτωσι δύο εὐθεῖαι, καὶ ἡ μὲν αὐτῶν τέμνῃ τὸν κύκλον, ἡ δὲ ἐφάπτηται·

non per centrum transeunt, se intersecant. Aliam huius propositionis demonstrationem vide apud Grüson.: Abhandl. der Königl. Gesellsch. der Wis ensch. zu Berlin 1814—1815. p. 56. Generaliter, observante Pfleiderero, omnium casuum demonstrationes derivari possunt ex sequente propositione, quae vicissim ex nostra hac deduci potest: Si qua recta circulo inscripta in puncto aliquo secetur utcunque rectangulum eius partium, una cum quadrato rectae, quae e centro ad punctum sectionis ducitur, aequale est quadrato radii. Cf. Gilbert. p. 357. et 359. Alii aliam Prop. 35. et 36. enunciationem et demonstrationem e doctrina de triangulis similibus petunt v. c. Whiston.

quadratum ex ZE (I. 47.), quadratis vero ex ΓH, HZ aequale est quadratum ex $Z\Gamma$ (I. 47.); rectangulum igitur sub AE, $E\Gamma$ cum quadrato ex ZE, aequale est quadrato $Z\Gamma$. Aequalis autem $Z\Gamma$ ipsi ZB, rectangulum igitur sub AE, $E\Gamma$ cum quadrato ex EZ aequale est quadrato ex ZB. Ex eadem ratione et rectangulum sub ΔE, EB cum quadrato ex ZE aequale est quadrato ex ZB. Ostensum est autem et rectangulum sub AE, $E\Gamma$ cum quadrato ex ZE aequale esse quadrato ex ZB; rectangulum igitur sub AE, $E\Gamma$ cum quadrato ex ZE aequale est rectangulo sub ΔE, EB cum quadrato ex ZE. Commune auferatur quadratum ex ZE; reliquum igitur sub AE, $E\Gamma$ contentum rectangulum aequale est rectangulo sub ΔE EB contento. Si igitur in circulo etc.

PROPOSITIO XXXVI. (Fig. 278.)

Si extra circulum sumatur aliquod punctum, et ab eo in circulum cadant duae rectae, et una quidem earum secet circulum, altera vero contingat; erit re-

apud Tacquet in III. 35. et Coëtsius. Vid. ad VI. 16. et. 17. Obs. 6. 7.

Cor. Si rectae quotcunque circulo inscriptae se in uno eodemque puncto intersecent, rectangula sub segmentis cuiusque earum inter se erunt aequalia.

Obs. 2. Clavio monente conversa quoque propositionis III. 35. valet, quod facile, descripto circulo per tria quaecunque puncta extrema quatuor illorum segmentorum, per absurdum demonstratur. Ea contra, quae in praecedente corollaria continetur, propositio generalior converti nequit. Contrarium asserit Gilbert. l. c. p. 365.

ἔσται τὸ ὑπὸ ὅλης τῆς τεμνούσης καὶ τῆς ἐκτὸς ἀπολαμβανομένης μεταξὺ τοῦ τε σημείου καὶ τῆς κυρτῆς περιφερείας περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ἐφαπτομένης τετραγώνῳ.

Κύκλου γὰρ τοῦ ΑΒΓ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐκτὸς τὸ Δ, καὶ ἀπὸ τοῦ Δ πρὸς τὸν ΑΒΓ κύκλον προςπιπτέτωσαν δύο εὐθεῖαι αἱ ΔΓΑ, ΔΒ· καὶ ἡ μὲν ΔΓΑ τεμνέτω τὸν ΑΒΓ κύκλον, ἡ δὲ ΔΒ ἐφαπτέσθω· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΔΒ τετραγώνῳ. Ἡ ἄρα ΔΓΑ ἤτοι διὰ τοῦ κέντρου ἐστὶν, ἢ οὔ.

Ἔστω πρότερον διὰ τοῦ κέντρου, καὶ ἔστω τὸ Ζ κέντρον τοῦ ΑΒΓ κύκλου, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΒ· ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΖΒΔ. Καὶ ἐπεὶ εὐθεῖα ἡ ΑΓ δίχα τέτμηται κατὰ τὸ Ζ, πρόςκειται δὲ αὐτῇ ἡ ΓΔ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΖΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΔ. Ἴση δὲ ΖΓ τῇ ΖΒ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΖΒ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΔ. Τῷ δὲ ἀπὸ τῆς ΖΔ ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν ΖΒ, ΒΔ, ὀρθὴ γὰρ ἡ ὑπὸ ΖΒΔ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΖΒ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΖΒ, ΒΔ. Κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΖΒ· λοιπὸν ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΔΒ ἐφαπτομένης.

PROPOSITIO XXXVI.

Obs. 1. Ad generalem rei demonstrationem, observante Pfleiderero, adhiberi potest etiam haec propositio: si ad punctum aliquod extra circulum in recta circulum secante e centro ducatur recta, erit rectangulum ex integra secante et parte eius exteriore, una cum quadrato radii, aequale quadrato rectae e centro ad illud punctum ductae. Cf. Gilbert. p. 357. et 359.

ctangulum sub tota secante et exteriore segmento inter punctum et convexam circumferentiam contentum aequale quadrato ex contingente.

Extra circulum $AB\Gamma$ sumatur aliquod punctum Δ, et a Δ ad $AB\Gamma$ circulum cadant duae rectae $\Delta\Gamma A$, ΔB, et ipsa quidem $\Delta\Gamma A$ secet circulum $AB\Gamma$, ipsa vero ΔB contingat; dico rectangulum sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ contentum aequale esse quadrato ex ΔB. Ipsa igitur $\Delta\Gamma A$ vel per centrum transit vel non.

Transeat primum per centrum (Fig. 278. a.), et sit Z centrum circuli $AB\Gamma$, et iungatur ZB; rectus igitur est $ZB\Delta$ (III. 18.). Et quoniam recta $A\Gamma$ bifariam secta est in Z, adiicitur vero ipsi $\Gamma\Delta$; rectangulum sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ cum quadrato ex $Z\Gamma$ aequale est quadrato ex $Z\Delta$ (II. 6.). Aequalis autem $Z\Gamma$ ipsi ZB; rectangulum igitur sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ cum quadrato ex ZB aequale est quadrato ex $Z\Delta$. Quadrato vero ex $Z\Delta$ aequalia sunt quadrata ex ZB, $B\Delta$ (I. 47.), rectus enim angulus $ZB\Delta$ (III. 18.); rectangulum igitur sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ cum quadrato ex ZB aequale est quadratis ex ZB, $B\Delta$. Commune auferatur quadratum ex ZB, reliquum igitur rectangulum sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ aequale est quadrato ex contingente ΔB.

Cor. 1. Si ex eodem puncto extra circulum ducantur plures rectae, quae circulum secant, rectangula sub unaquaque earum integra et parte eius exteriore inter se sunt aequalia. Quodvis enim eiusmodi rectangulum aequale est quadrato contingentis ex isto puncto ad circulum ductae. Cf. Clavius, Tacquet, Gilbert alii.

Cor. 2. Utramque propositionem III. 35. Cor. et III. 36.

Ἀλλὰ δὴ ἡ ΔΓΑ μὴ ἔστω διὰ τοῦ κέντρου τοῦ ΑΒΓ κύκλου, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τὸ Ε, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΑΓ κάθετος ἤχθω ἡ ΕΖ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΒ, ΕΓ, ΕΔ· ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΕΖΔ. Καὶ ἐπεὶ εὐθεῖά τις διὰ τοῦ κέντρου ἡ ΕΖ εὐθεῖάν τινα μὴ διὰ τοῦ κέντρου τὴν ΑΓ πρὸς ὀρθὰς τέμνει, καὶ δίχα αὐτὴν τεμεῖ· ἡ ΑΖ ἄρα τῇ ΖΓ ἐστὶν ἴση. Καὶ ἐπεὶ εὐθεῖα ἡ ΑΓ τέτμηται δίχα κατὰ τὸ Ζ σημεῖον, πρόσκειται δὲ αὐτῇ ἡ ΓΔ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΖΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΔ. Κοινὸν προσκείσθω τὸ ἀπὸ τῆς ΖΕ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ μετὰ τῶν ἀπὸ τῶν ΓΖ, ΖΕ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΔΖ, ΖΕ. Ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ τῶν ΓΖ, ΖΕ ἴσον τὸ ἀπὸ τῆς ΕΓ, ὀρθὴ γὰρ ἡ ὑπὸ ΕΖΓ γωνία· τοῖς δὲ ἀπὸ τῶν ΔΖ, ΖΕ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΔ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΔ. Ἴση δὲ ἡ ΕΓ τῇ ΕΒ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΒ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΕΔ. Τῷ δὲ ἀπὸ τῆς ΕΔ ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν ΕΒ, ΒΔ, ὀρθὴ γὰρ ἡ ὑπὸ ΕΒΔ γωνία· τῷ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΕΒ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΕΒ, ΒΔ,

Cor. 1. uno enunciato comprehendere licet. Nempe, si e puncto aliquo sive intra sive extra circulum sito ad circulum ducantur plures rectae, quae eum secant, rectangula e partibus cuiusque earum inter punctum et circulum comprehensis erunt aequalia. Et potest ipsa etiam III, 36. sub hoc enunciato, vel sub Cor. 1. comprehendi: nempe, si recta iam non secet circulum, sed contingat, duo sectionis puncta in unum contactus punctum coincidunt, et rectangulum sub partibus inter punctum et circulum comprehensis abit in quadratum contingentis, quod observat Coëtsius ad III. 36. Schol. 2. Pariter, quae ad III. 35. Obs. 1. et III. 36. Obs. 1.

Sed $\Delta\Gamma A$ non transeat per centrum circuli $AB\Gamma$ (Fig. 278. b.), et sumatur centrum E, et ex E ad $A\Gamma$ perpendicularis ducatur EZ (I. 12.), et iungantur EB, $E\Gamma$, $E\Delta$; rectus igitur est $EZ\Delta$. Et quoniam recta aliqua EZ per centrum rectam aliquam $A\Gamma$ non per centrum ductam ad rectos angulos secat, et bifariam ipsam secabit (III. 3.); AZ igitur ipsi $Z\Gamma$ est aequalis. Et quoniam recta $A\Gamma$ secatur bifariam in puncto Z, adiicitur vero ipsi $\Gamma\Delta$; rectangulum sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ cum quadrato ex $Z\Gamma$ aequale est quadrato ex $Z\Delta$ (II. 6.). Commune addatur quadratum ex ZE; rectangulum igitur sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ cum quadratis ex ΔZ, ZE aequale est quadratis ex ΔZ, ZE. Sed quadratis ex ΓZ, ZE aequale est quadratum ex $E\Gamma$ (I. 47.), rectus enim est angulus $EZ\Gamma$; quadratis autem ex ΔZ, ZE aequale est quadratum ex $E\Delta$ (I. 47.). Rectangulum igitur sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ cum quadrato ex $E\Gamma$ aequale est quadrato ex $E\Delta$. Aequalis autem $E\Gamma$ ipsi EB; rectangulum igitur $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ cum quadrato ex EB aequale est quadrato ex $E\Delta$. Quadrato autem ex $E\Delta$ aequalia sunt quadrata ex EB, $B\Delta$ (I. 47.), rectus enim angulus $EB\Delta$; rectangulum igitur sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$

continentur propositiones, uno enunciato comprehendi possunt. Cf. Gilbert. l. c.

Obs. 2. Si e puncto dato ductae sint duae tantum rectae, ita ut rectangula comprehensa sub totis, et sub segmentis puncto isti adiacentibus sint aequalia, poterit vicissim per quatuor puncta extrema reliquorum segmentorum circulis describi. Circulo nempe per tria horum punctorum descripto, ostendetur per absurdum, eum non posse non per quartum quoque transire. Sin autem e puncto dato plures duabus rectis exeant, Cor. 1. ita converti nequit. Contrarium habet Gilbert. l. c.

κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ τῆς *EB*· λοιπὸν ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν *ΑΔ*, *ΔΓ* ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς *ΔB*. Ἐὰν ἄρα κύκλου, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ λζ.

Ἐὰν κυκλου ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτὸς, ἀπὸ δὲ τοῦ σημείου πρὸς τὸν κύκλον προςπίπτωσι δύο εὐθεῖαι, καὶ ἡ μὲν αὐτῶν τέμνῃ τὸν κύκλον, ἡ δὲ προςπίπτῃ, ᾖ δὲ τὸ ὑπὸ τῆς ὅλης τῆς τεμνούσης καὶ τῆς ἐκτὸς ἀπολαμβανομένης μεταξὺ τοῦ τε σημείου καὶ τῆς κυρτῆς περιφερείας ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς προςπιπτούσης· ἡ προςπίπτουσα ἐφάψεται τοῦ κύκλου.

Κύκλου γὰρ τοῦ *ΑΒΓ* εἰλήφθω τι σημεῖον ἐκτὸς τὸ *Δ*, καὶ ἀπὸ τοῦ *Δ* πρὸς τὸν *ΑΒΓ* κύκλον προςπιπτέτωσαν δύο εὐθεῖαι αἱ *ΔΓΑ*, *ΔΒ*, καὶ ἡ μὲν *ΔΓΑ* τεμνέτω τὸν κύκλον, ἡ δὲ *ΔΒ* προςπιπτέτω, ἔστω δὲ τὸ ὑπὸ τῶν *ΑΔ*, *ΔΓ* ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς *ΔΒ*· λέγω ὅτι ἡ *ΔΒ* ἐφάπτεται τοῦ *ΑΒΓ* κύκλου.

Ἤχθω γὰρ τοῦ *ΑΒΓ* ἐφαπτομένη ἡ *ΔΕ*, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ *ΑΒΓ* κύκλου, καὶ ἔστω τὸ *Ζ*, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ *ΖΕ*, *ΖΒ*, *ΖΔ*· ἡ ἄρα ὑπὸ *ΖΕΔ* ὀρθή ἐστιν.

Obs. 3. Si in fig. 278. a rectam *ZA* consideremus ut summam rectarum *ZΔ*, et *ZB*, rectam autem *ΔΓ* ut differentiam earum, propositio huius casus ita quoque enunciari potest; in omni triangulo rectangulo *ΔBZ* rectangulum ex hypotenusae *ZΔ* et unius lateris *ZB* summa ac differentia aequatur quadrato lateris alterius *ΔB*, quod consentit cum II. 4. Cor 4. Cf. Whiston. apud Tacquet. ad h. l.

Obs. 4. Pariter ea pars Cor. 1., qua una rectarum, quae circulum secant, per centrum transit, ita exprimi poterit: si (Fig. 279. a. b.) ab angulo *E* trianguli alicuius *EAΔ*, cuius cum quadrato ex EB aequale est quadratis ex EB, $B\Delta$. Commune auferatur quadratum ex EB; reliquum igitur rectangulum sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ aequale est quadrato ex ΔB. Si igitur extra circulum etc.

PROPOSITIO XXXVII. (Fig. 280.)

Si extra circulum sumatur aliquod punctum, ex puncto autem in circulum cadant duae rectae, et una quidem earum secet circulum, altera vero in eum incidat, sit autem rectangulum sub tota secante et exteriore segmento inter punctum et convexam circumferentiam aequale quadrato ex incidente; incidens continget circulum.

Extra circulum $AB\Gamma$ sumatur aliquod punctum Δ, et ex Δ in circulum $AB\Gamma$ incidant duae rectae $\Delta\Gamma A$, ΔB, et ipsa quidem $\Delta\Gamma A$ secet circulum, ipsa vero ΔB in eum incidat, sit autem rectangulum sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ aequale quadrato ex ΔB, dico ipsam ΔB contingere circulum $AB\Gamma$.

Ducatur enim rectae ΔE circulum $AB\Gamma$ contingens (III. 17.), et sumatur centrum circuli $AB\Gamma$ (III. 1.), et sit Z, et iungantur ZE, ZB, $Z\Delta$; angulus igitur $ZE\Delta$ rectus est (III. 18.).

latera $E\Delta$, $E\Gamma$ sunt inaequalia, demittatur in basin (si opus sit productam) perpendiculum EZ, erit rectangulum $\Theta\Delta \times \Delta H$ sub summa et differentia laterum $E\Delta$, $E\Gamma$ aequale rectangulo $\Gamma\Delta \times \Delta A$ sub summa et differentia rectarum $Z\Delta$, ZA inter perpendiculum et angulos basis interceptarum. Cf. Whiston. l. c. Haec ipsa propositio, eodem monente, casu, qui in figura priore sistitur, etiam ita exprimi potest: si ab angulo E trianguli $AE\Delta$ demittitur perpendicularis in basin $A\Delta$, eam dividens in duo segmenta AZ, ΔZ; erit rectangulum sub summa et differentia laterum $E\Delta$, EA aequale rectangulo sub basi $A\Delta$, et differentia segmentorum basis $\Gamma\Delta$

Καὶ ἐπεὶ ἡ ΔΕ ἐφάπτεται τοῦ ΑΒΓ κύκλου, τέμνει δὲ ἡ ΔΓΑ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΔΕ. Ὑπόκειται δὲ [1] *τὸ ὑπὸ τῶν ΑΔ, ΔΓ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΔΒ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΔΕ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΔΒ· ἴση ἄρα ἡ ΔΕ τῇ ΔΒ. Ἔστι δὲ καὶ ἡ ΖΕ τῇ ΖΒ ἴση, δύο δὴ αἱ ΔΕ, ΕΖ δυσὶ ταῖς ΔΒ, ΒΖ ἴσαι εἰσὶ, καὶ βάσις αὐτῶν κοινὴ ἡ ΖΔ. Γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΔΕΖ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΔΒΖ ἐστὶν ἴση. Ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΔΕΖ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΔΒΖ. Καί ἐστιν ἡ ΒΖ ἐκβαλλομένη διάμετρος, ἡ δὲ τῇ διαμέτρῳ τοῦ κύκλου πρὸς ὀρθὰς ἀπ' ἄκρας ἀγομένη ἐφάπτεται καὶ τοῦ κύκλου· ἡ ΔΒ ἄρα ἐφάπτεται* [2] *τοῦ ΑΒΓ κύκλου. Ὁμοίως δὲ δειχθήσεται κἂν τὸ κέντρον ἐπὶ τῆς ΑΓ τυγχάνῃ* [3]. *Ἐὰν ἄρα κύκλου καὶ τὰ ἑξῆς.*

1) Pro *ὑπόκειται δὲ* Peyrardus ex Cod. a minus accurate habet: *ἦν δὲ καί.*

2) Verba inter utrumque *ἐφάπτεται* e Cod. a iure addidit Peyrardus.

3) Verba: *ὁμοίως δὲ δειχθήσεται — τυγχάνῃ* Rob. Simson. ab editore quodam inscite addita esse putat.

PROPOSITIO XXXVII.

Obs. Est haec propositio conversa praecedentis. Campanus eam aliter duplici modo demonstrat, vel apagogice, dum sumit, ex eadem rectae ΔΖ parte aliam contingentem ductam esse, vel directe, dum nempe rectangulum e segmen-

Et quoniam ΔE contingit circulum $AB\Gamma$, secat autem $\Delta\Gamma A$; rectangulum sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ aequale est quadrato ex ΔE (III. 36.). Ponitur autem et rectangulum sub $A\Delta$, $\Delta\Gamma$ aequale quadrato ex ΔB; quadratum igitur ex ΔE aequale est quadrato ex ΔB, aequalis igitur ΔE lineae ΔB. Est autem et ZE ipsi ZB aequalis, duae igitur ΔE, EZ duabus ΔB, BZ aequales sunt, et basis ipsarum communis $Z\Delta$; angulus igitur ΔEZ angulo ΔBZ est aequalis (I. 8.) Rectus autem ΔEZ; rectus igitur et ΔBZ. Et est BZ producta diameter, quae vero diametro circuli ad rectos angulos ab extremitate ducitur contingit circulum (III. 16.); recta ΔB igitur contingit circulum $AB\Gamma$. Similiter autem ostendemus, et si centrum in $A\Gamma$ sit. Si igitur extra circulum etc.

tis eius rectae considerat, quae per centrum transit, et ope II. 6. ostendit, esse $\Delta B\,q + BZ\,q = \Delta Z\,q$, adeoque (I. 48.) angulum ΔBZ rectum. Caeterum insignem propositiones 35—37. utilitatem, ut per omnem geometriam, ita maxime in doctrina de tactionibus habent.

Cor. Si, e puncto aliquo extra circulum duae rectae aequales in circulum incidant, quarum una eum contingat, continget quoque altera. Denique ad hunc librum universe notamus, multa adhuc scitu haud iniucunda ei addi potuisse, maxime e libro tertio Gregorii a St. Vincent. de quadratura circuli, quae brevitatis studio hic omisimus.

EXCURSUS I.

AD

ELEMENTORUM

I. 29.

Diximus ad Propos. I. 29., in qua primum adhibetur axioma undecimum, vel postulatum quintum, multum inter Geometras non quidem de veritate huius axiomatis, at de eius evidentia disceptatum fuisse. Et axioma quidem ipsum ita habet:

Si in duas rectas alia recta incidens angulos internos ad easdem sui partes duobus rectis minores faciat, rectae, in quas illa incidit, productae in infinitum inter se coincident (se invicem secabunt) ad eas partes, ad quas sunt anguli duobus rectis minores. Vel, ut aliter dicamus, ad has partes cum recta incidente triangulum efficient.

Ex hoc axiomate manifesto consequitur, duas rectas, quae ab una quadam recta ita secentur, ut anguli interni sint duobus rectis minores, etiam sectas a quavis alia recta in punctis duobus diversis cum illa angulos internos efficere duobus rectis minores. Quum enim ex isto axiomate rectae ab una aliqua recta ita sectae inter se conveniant, necessario cum alia quavis, a qua pariter in punctis duobus diversis secantur, triangulum efficient, unde ex I. 17. duo anguli interni simul minores erunt duobus rectis.

Caeterum facile patet, hoc axioma esse conversam propositionis I. 17.: et si, quod Peletarius vult, conversae propositionum, quarum veritas demonstrata est, ipsae etiam generatim verae essent, nec demonstratione egerent, nihil attineret ulterius quaerere. Id vero non ita se habere, sed conversas, nisi sua luce fulgeant, demonstratione semper stabiliri debere, diximus ad I. 6. et omnes logici monent. Iam hanc conversam propositionis I. 17. ex ea ipsa demonstrare quidem tentavit Castillon. (Mém. de l'Acad. de Berlin années 1788. 1789.) at manifesto irrito conatu. Ex eo nempe, quod ex I. 17. patet, *esse nonnunquam rectas*, quae ab aliqua recta ita sectae, ut anguli interni minores sint duobus rectis, concurrant, concludit, *omnes* rectas, quae ita secentur, necessario concurrere.

Neque vero cum Proclo, aliisque nonnullis dixerim; postulatum aut axioma non esse posse propositionem, cuius conversa (hic nempe I. 17.) inter theoremata demonstretur (*οὐ τὸ ἀντίστροφον ὡς ὑποδεικτὸν ἐν τοῖς θεωρήμασιν ἀναγέγραπται.*) Neque enim necesse est, ut conversa propositionis, quae per se patet, adeoque nulla demonstratione eget, etiam ipsa aeque clara sit. Unum videndum est, utrum assertum aliquod per se extra omnem dubitationem positum sit. Et de hoc quidem in axiomate 11. multi dubitavere. Unde factum est, ut varias excogitarent rationes, vel illud axioma (plerumque alio axiomate, quod ipsis evidentius videbatur, assumto, aut etiam parallelarum definitione mutata, aut alia ratione) demonstrandi, vel sine eius ope parallelarum theoriam adstruendi. Liceat nonnullam potissimorum, quae huc pertinent, et mihi innotuerunt, tentaminum breviter commemorare. In qua re gratus fateor eximie me adiutum fuisse opera viri doctissimi mihique amicissimi, Hauberi, Seminarii Schönthalensis professoris meritissimi, qui, quam dudum elaboravit, de theoria et historia parallelarum commentationem, quam propediem lucem publicam visuram esse spero, benevole mecum communicare, et, ut quae meis usibus inservire putarem, inde excerperem, permittere voluit. Et illi quidem conamina circa hanc rem facta ad certas quasdam classes referre visum fuit, consilio sane haud improbando: ego vero, quantum fieri possit, in iis certe, qui novam aliquam in hac re methodum proposuerunt: plerumque temporis rationem sequendam putavi, quo facilius pateat, quis primus aliquam demonstrandi viam tentarit, ita tamen, ut brevitatis studio subiungerem subinde eos, qui simili modo rem tractarunt. Neque vero omnia de hac re cogitata, quae infinita fere sunt, prolixe exponere consultum fuerit, sed potiora saltim, et maxime e libris minus obviis deprompta summatim afferre statui.

Primum itaque, Proclo referente, Ptolomaeus *) libellum singularem composuit *περὶ τοῦ τὰς ἀπ' ἐλαττόνων ἢ δύο ὀρθῶν ἐκβαλλομένας συμπίπτειν*, quo Axioma undecimum demonstrare conatus est. Eius demonstratio, quam Proclus exhibet, eo fere redit: si duae rectae parallelae ab alia recta secentur angulos internos, qui ex una parte secantis efficiantur, aut aequales esse duobus rectis, aut iis maiores aut minores. At, quod ex una parte secantis fiat, idem etiam ex altera parte, e qua rectae pariter parallelae sint, fieri debere. Unde, si ex una parte anguli interni sumantur duobus rectis maiores, maiores etiam ex altera parte fieri necesse esse; pariterque, si minores duobus rectis ex una parte fuerint, futuros etiam ex altera minores, quod utrumque absurdum sit (I. 13.). Nihil itaque restare, quam ut rectae parallelae, si ab alia quadam recta secentur, ex utraque sui parte angulos internos efficiant duobus rectis aequales. Atque ita demonstrata propositione I. 29. facile inde deducitur axioma 11. At iure in hac demonstratione, quidquid Ramus oggänniat, reprehenditur, sine causa sumi, angulos ex utraque parte rectae secantis eiusdem semper indolis esse debere, nempe vel ex utraque parte maiores recto, vel ex utraque parte minores, vel ex utraque parte duobus rectis aequales. Playfair. Elem. of Geometry p. 363. observat, niti hanc demonstrationem fundamento, ut aiunt, rationis sufficientis, nec vero esse rationem distincte expositam sumendi, quoad angulos idem ex utraque parte rectae secantis locum habere. Similem fere suppositionem invenimus etiam apud Ohmium (Kritische Beleucht. der Math. etc. 1819.);

*) Incertum est, an is Claudius Ptolomaeus fuerit, vixit tamen Proclus post Ptolemaeum Astronomum (Klügel. Conat. praecip. Theoriam Parallelar. demonstrandi Recens. Gott. 1763. p. IV.

qui praeterea sumit, rectas, quae se non secent, eandem positionem habere.

Ipse deinde Proclus rem ita expedire tentat, ut primum monstret, rectam, quae e duabus rectis parallelis unam secet, secare etiam alteram, unde postea facili negotio deducit axioma 11. In quo ita ille procedit, ut sumat cum Aristotele, duas rectas, quae ex uno eodemque puncto sub aliquo angulo exeant, si in infinitum producantur, discedere a se invicem ad distantiam data quavis maiorem. Inde porro efficit, posse itaque rectam, quae e duabus parallelis unam secet, ad distantiam produci maiorem ea, qua altera parallela ab ea distet, adeoque necessario etiam hanc alteram parallelam secare. Circa hanc demonstrationem Borellius (Euclid. restitut. p. 30.), Saccherius (Euclid. ab omni naevo vindicatus p. 31.), Klügel. (Conat. praecip. etc. p. IV. sq.) monent, Proclo, qui in reliquis Euclideam parallelarum notionem retineat, non tamen stabilem hanc notionem videri fuisse. In hac enim demonstratione tacite eum sumere, parallelas omnes aequale aut saltim finitum intervallum servare. Cf. Hoffmann. Crit. der Parallel. Theorie I. Th. p. 22. sq.

Aliter hanc rem aggressus est Arabs, aut ut alii volunt, Persa Nassireddinus, cuius nomine exstat Arabica Euclidis Elementorum Versio impressa Romae 1594. Is inter Propos. 28. et 29. libri primi, referente Wallisio (Opera Mathem. Vol. II. p. 669. sqq.) et brevius Kaestnero (Geschichte der Mathem. I. B. p. 375. sqq.), ita fere axioma 11. demonstrare conatur. Praemittit tria Lemmata.

Lemm. 1. a) Si quaelibet duae rectae, in eodem plano positae sint (Fig. 96.) AB, CD, in quas rectae EF, GH, IK etc. ita incidunt, ut earum singulae perpendiculares sint rectae CD, rectam autem AB ita secent, ut angulorum alter acutus sit, alter obtusus, omnes puta acuti ad partes BD, obtusi autem ad partes AC: dico, duas illas rectas AB, CD propius semper accedere versus partes BD (quamdiu se mutuo non secent) et remotius distare versus partes AC: item, perpendiculares illas decrescere versus BD (usque ad intersectionem) augeri vero versus AC, ita nempe, ut sit EF > GH, GH > IK etc.

b) Item, si singulae rectae in duas illas rectas incidentes perpendiculares sint earum alteri, atque inter se continuo crescant, prout propius ad unas partes duarum illarum rectarum assumantur, decrescant vero ad alteras partes: etiam illae duae rectae AB, CD remotius ab invicem abscedunt ex ea parte, ubi perpendiculares illae longiores fiunt, propius autem ex altera parte inter se accedunt, dum se mutuo intersecant. — Perpendicularium autem illarum quaelibet eam duarum rectarum, cui non sumebantur perpendiculares esse, secabit angulis duobus, altero acuto, altero obtuso, omnesque anguli illi acuti versus eas partes erunt, qua propius accedunt duae illae rectae, omnes autem obtusi versus partes contrarias. Suntque hae duae propositiones manifestae, atque a quibusdam geometris ita usurpantur, ut quae pro manifestis habendae sint. Non sine ratione Wallisius addit: „Esto. At, inquam, ecquis non facilius conceperit, ut clarum: duas rectas in eodem plano convergentes, tandem, si producantur, occursuras, quam hunc totum apparatum.“ His addiderim, ut pateat, in conditionibus nihil inesse, quod sibi ipsi contradicat, etiam in parte priore lemmatis illud ante omnia *demonstrandum* esse, si recta EF in rectas AB, CD incidens, perpendicularis sit ad CD, cum AB autem versus BD angulum acutum, adeoque versus AC obtusum efficiat, tum reliquas ad CD perpendiculares GH, IK etc., pariter cum AB ad easdem partes BD acutos, adeoque versus AC obtuso angulos efficere. Cf. etiam Saccherius l. c. p. 38. sq.). Kästner. l. c. Hoffmann. Crit. I. Th. p. 115. sqq.

Lemm. 2. „Si quaelibet duae rectae (Fig. 97.) AC, BD ab eiusdem rectae AB extremis et ad easdem partes ductae ipsi sint perpendiculares, atque inter se aequales, earumque extrema iungantur recta CD: erit uterque angulus ACD, BDC rectus, praeterea erit CD = AB. Nam, si v. g. ACD non sit rectus, erit vel acutus vel obtusus. Sit, si fieri potest, acutus: erit ex Lemm. I. AC > BD. At ex hyp.

etiam AC=BD. Similis erit demonstratio, si sumatur angulus „ACD obtusus.“ (At vero ex Lemm. 1. sumi etiam debet, ut valeat consequentia, si angulus ACD fuerit acutus, *simul etiam* BDC *obtusum esse*, quod simul locum habere tacite sumit, non probat Nassireddinus.) Esse autem CD=AB, si reliqua pro demonstratis sumseris, brevius ac Wallisio interprete est apud Nassireddinum demonstrabitur ita: ducta BC, quum sit BDC=BAC= recto, et BC communis, et BD=AC ex hyp. erit ex iis, quae ad I. 26. diximus, CD =AB.

Lemm. 3. In omni triangulo rectilineo tres anguli aequantur duobus rectis. Atque illud quidem, si duo priora lemmata concedantur, in triangulo BAC (Fig. 97.) ad AB rectangulo facillime probatur, erecta in B recta BD ad BA perpendiculari, sumtaque BD=AC, ubi ex Lemm. 2. figuram ABCD quatuor angulos rectos habere, et ex I. 4. triangula CAB, BDC aequalia prorsus esse, adeoque trianguli CAB pariter ac BDC angulos duobus rectis aequales esse efficitur. Facile deinde idem in triangulis obtusangulis et acutangulis ope trianguli rectanguli demonstratur.

His praemissis denique Nassireddinus ad axioma 11. demonstrandum accedit, cuius iterum tres casus distinguit, prout recta, quae duas alias secat, ita, ut duo anguli interni duobus rectis minores sint, cum altera earum angulum rectum aut obtusum, aut cum utraque acutum efficit. Duo casus postremo loco positi facile ex primo demonstrantur, quem breviter adhuc videbimus.

Quodsi itaque duae rectae AB, CD (Fig. 98.) ita ab aliqua recta EF secentur, ut ea alteri earum CD sit perpendicularis, et anguli interni DCE, BEC simul sumti sint minores duobus rectis, rectae AB, CD, si opus sit, productae, necessario concurrent. Ex puncto quocunque G rectae AB demittatur perpendiculum in EF, quod, quum BEC ex hyp. sit angulus acutus, ex parte huius anguli cadet, adeoque vel cum perpendiculo CD coincidet, quo facto constat, quod probandum erat, vel ultra CD versus F vel inter E et C cadet. Si cadat ultra CD versus F, constabit propositum ex Ax. 13. et I. 27. Si cadat inter E et C. v. c. in H (Fig. 99.), sumatur rectae HE duplum KE, triplum ME etc. usque dum perveniatur ad aliquod eius multiplum OE, quod maius sit, quam CE. Pariter in recta AB sumatur rectae GE duplum IE, triplum LE etc. usque dum habeatur eius aequemultiplex NE, quotuplex OE fuit rectae HE. Iam facile demonstratur, si ex I ad EF demittatur perpendicularis Ir (ita ut punctum r rectae EF incidat) punctum r idem fore ac punctum K, pariterque perpendicula a L . . . N in EF demissa in punctis M . . . . O cum ea convenire — quam demonstrationem a Nassireddino praetermissam esse sine causa queruntur Kaestnerus, deceptus forte versione ipsi oblata minus accurata, et qui eum sequitur, Hoffmann. Crit. I. Th. p. 123. Est enim haec demonstratio saltim in iis, quae Wallisius ex eo affert. Nempe, si ex E erigatur ad EF perpendiculum EP=GH, erit iuncta PG=EH, et HGP=EPG rectus (Lemm. 2.). Et, quia rectae EB, EF versus BF divergunt, erit perpendiculum Ir>GH (Lemm. 1.). Abscindatur rn=GH, et iungatur nG, eritque angulus HGn pariter ac rnG rectus, et Hr=Gn (Lemm. 2.). Et quum etiam HGP rectus sit, erunt nG, GP in directum (I. 14.). At quum in triangulis IGn=EGP sit GI=GE ex constr. et angulus IGn=EGP (I. 15.) et angulus InG (I. 14.) pariter ac GPE rectus erit (I. 26.) Gn=GP=HE=HK. At erat Gn=rH, itaque rH=HK, i. e. puncta r et K coincidunt. Similiter monstratur, perpendicula a L . . . N demissa in EF cum punctis M . . . . O coincidere. Quum igitur O sit ultra C positum, recta CD (quae cum ON convenire nequit I. 27.) erit intra triangulum EON, adeoque rectam EN secabit (Ax. 13.). Ingeniosam hanc demonstrationem esse, Wallisius ait, et certe, si lemmata concedantur, haud reprobanda erit. At de his dubia nostra supra expromsimus.

Clavius quanquam queratur (Euclid. Elem. Libr. XV. 1591.; primam Elementorum Editionem Clavius dederat 1574.) nunquam sibi copiam factam, Euclidem Arabicum legendi, habet tamen in sua editione Euclidis 1591. facta p. 50. sqq. demonstrationem axiomatis 11, quae cum ea, quam ex Nassireddino attulimus, multa habet communia. Alia tamen ille supponit principia quasi per se clara, aut levi aliqua illustratione egentia. Quorum est

1) Linea, cuius omnia puncta a recta linea, quae in eodem cum ea plano existit, aequaliter distat, recta est.

2) Si recta linea super aliam in transversum moveatur, constituens semper in suo extremo cum ea angulos rectos, describet alterum ipsius extremum quoque lineam rectam. (Pari scopo hanc propositionem adhibuere, et demonstrare conati sunt alii v. c. Hauf*) Leipz. Archiv für Mathem. X. Heft S. 179.). Pergit deinde Clavius:

3) Si ad rectam lineam duae perpendiculares rectae lineae erigantur inter se aequales, quarum extrema puncta per lineam rectam coniungantur, erit perpendicularis ex quovis puncto huius rectae ad priorem rectam demissa utrilibet priorum perpendicularium aequalis. Ex his deinde

4) deducit eam propositionem, qua Nassireddinus pro lemmate 2. usus erat, quam etiam alio adhuc modo demonstrare Clavius tentat, nempe ita, ut ostendat

5) Si in duas rectas lineas incidens faciat cum una earum angulum internum rectum, et cum altera ex eadem parte acutum, duas istas rectas minus semper inter se distare ad eas partes, ubi est angulus acutus, ex altera vero parte semper inter se magis distare. Atque hoc quidem, quoad rem ipsam nihil aliud est, quam Nassireddini Lemm. 1. e quo deinde

*) Idem etiam Archiv 9. Heft No. VI. alia indirecta ratione parallelarum theoriam exhibere voluit, de quo tentamine conferatur Hoffmann. Versuch einer neuen und gründl. Theorie der Parallelen, nebst einer Widerlegung des Hauffschen Versuchs, Offenbach 1801, et Hoffm. Crit. p. 27. sqq. Plura alia parallelarum theoriam stabiliendi tentamina a se facta repetit, novisque auget idem Hauff (Geometriae Fundamenta solida Gandae 1819., quorum editio secunda: Nova rectarum parallelarum theoria auct. C. Hauff prodiit Francofurti 1811) quae omnia tamen, ut verum fateamur, nutare nobis videntur. Nec tamen aliorum iudicium antevertendum putamus.

pariter id, quod tertio loco posuit Clavius, eodem fere modo atque apud Nassireddinum deducitur. Quocunque autem modo Clavii propositio 3. ostensa fuerit, ex ea deinde Clavius simili plane ratione, et magis forte dilucide, ac est apud Nassireddinum, axioma 11. adstruit. Hanc autem Clavii demonstrationem in iis, quae primo et secundo loco sumit, certiorem esse Euclideo axiomate vix puto quemquam sibi persuasurum esse. Cf. Giordano da Bitonto Euclid. restituto p. 63. sqq. Saccher. l. c. p. 33. sqq. Hoffmann. Crit. der Parall. Theor. I. Th. p. 12. sqq. Atque in eo etiam, quod quinto loco ponitur, et cuius demonstrationem tentavit Clavius, perpendiculis ex una duarum rectarum in alteram, et ex punctis, quibus haec illi rectae occurrant, vicissim in priorem demissis, multa desiderari circa eas harum parallelarum partes, quae duobus istorum perpendiculorum interceptae sint, monet Kaestnerus, ubi de Nassireddini Lemm. 1. agit (Geschichte der Mathem. I. B. p. 377.) cf. Hoffm. Crit. der Parall. Theorie p. 15. sqq. Et quamvis has lacunas aliqua ex parte expleverit Karsten. Math. theor. elem. et sublimior 1760. §. 9. neo ipse tamen demonstravit, perpendicula, quae ab una harum rectarum ad alteram ducantur, universim omnia una ex parte semper crescere, ex altera semper decrescere. Idem fere ipso auctore ingenue fatente censendum est de similibus Hoffmanni conaminibus (Versuch einer neuen und gründl. Theorie der Parallelen, 1801. cf. eiusd. Krit. der Parall. Theorie 1807. I. Th. p. 263. sq.) qui tamen primus directe demonstrationem, in qua pauca forte supplenda fuerint, dedit, qua ostenditur, ex uno crure cuiusvis anguli acuti in alterum perpendiculum demitti posse, quod sit quavis data maius. Borellius etiam (Euclid. restitut. Pis. 1658. p. 32. sqq.) Clavii axioma 2. retinet, tum vero, quod Euclidis definitionem parallelarum, qua rectae in infinitum productae nusquam concurrere dicuntur, valde remotam et incomprehensibilem parallelarum passionem continere putabat, aliam earum definitionem substituit, quas nempe dicit esse in eodem plano sitas rectas, ad quas eadem aliqua recta perpendicularis sit. Deinde ex eo, quod diximus, axiomate demonstrat, si una aliqua recta ad alias duas perpendiculares sit, reliquas etiam omnes, quae ad unam parallelarum perpendiculares sint, perpendiculares fore etiam ad alteram. Hinc deinde propositionem I. 29. et axiom. 11. reliquasque, quae inde pendent, propositiones deducit, satis tamen modeste iudicat, se, si non solidius, saltim facilius ac brevius passiones parallelarum demonstrasse. Et sane id, quod ex Clavio sumit, axioma vix satis tutum fuerit.

Italus deinde Vitale Giordano da Bitonto (Euclide restituto Rom. 1680.) pariter Euclidis parallelarum definitionem reprehendit, quod negativa tantum sit (quod ipsum praeter alios etiam Hauff. repetit), nec veram earum indolem exprimat, unde ita eas definit, esse rectas, quae in eodem plano ex utraque parte in infinitum productae nec ad se invicem accedant, nec recedant, quarum rectarum possibilitatem se postea ostensurum esse spondet. Ipsam deinde parallelarum theoriam sequentibus propositionibus adstruere conatur.

1) „Si duae rectae (Fig. 100.) CA, DB sub angulis aequalibus incidant in tertiam aliquam rectam AB, et sit AC = BD, erit etiam perpendiculum CE ex C in AB demissum aequale perpendiculo DF ex D in AB demisso. Contra vero, si sit $AC \gtrless BD$, erit et $CE \gtrless DF$."

2) „Si in figura quadrilatera (Fig. 97.) ABCD aequales rectae AC, BD sub aequalibus angulis rectae AB insistant, erunt etiam reliqui anguli C et D aequales." Atque hae quidem duae propositiones facillime demonstrantur ab auctore.

3) Recta, cuius puncta extrema per aliquam curvam transeunt, spatium cum ea comprehendit."

4) „Recta, quae per duo puncta alicuius curvae ducitur, ex parte eius concava transit."

5) Perpendicula, quae e punctis quibuscunque curvae alicuius in rectam quamcunque demittuntur, nequeunt omnia inter se esse aequalia. Iungantur enim ex parte cava curvae (Fig. 101.) duo puncta quaecunque A, C, recta AC, in quam ex puncto aliquo B curvae demittatur perpendicularis BD, ex

A erigatur ad AC perpendicularis AG, sumaturin recta DB producta punctum quodcunque F et fiat AG=DF iungaturque GF. Iam rectae AG, DF aut perpendiculares erunt ad GF aut non. Si perpendiculares sint, constat propositum, ob AG=DF>BF. Sin autem non sint perpendiculares, erunt certe ex 2. anguli G, F aequales: unde, quum AG>BF, erunt etiam ex 1. perpendicula ex A et B in GF demissa inaequalia, unde iterum constat propositum. Et quum punctum F pariter ac puncta A, C in curva pro lubitu sumi possint, patet omnino, innumeras rectas GF dari, de quibus valeat propositum. Ita saltim ille concludere debebat, ut monet Klügel. (Conat. praecip. p. XX.) non autem, ut apud Ibnum nostrum est, perpendicula in *rectam quamcunque* a curvae punctis demissa non posse omnia inter se esse aequalia.

6) „Si duae rectae aequales AB, CD (Fig. 102.) in eodem plano sitae alii rectae BD ad angulos rectos insistant, et ex puncto aliquo E iunctae AC demissum in BD perpendiculum EF aequale sit rectae AB, etiam alia quaecunque recta, ut GH ex puncto aliquo G ad BD perpendiculariter ducta aequalis erit recta AB. Nempe, quum ex 2. anguli BAC, et et DCA sint aequales, et ex eadem ratione etiam anguli BAC et EEA, pariterque anguli DCA et FEC aequales sint, aequales erunt anguli FEA, FEC (Ax. 1.), unde FEA, FEC recti erunt (Def. 10.), adeoque etiam anguli BAC, et DCA recti sunt. Deinde, si GH, AB non sint aequales, erit GH vel maior vel minor altera AB. Sit, si fieri potest, maior, et sit IH=AB, ducanturque AI, CI. Erit itaque angulus BAI minor recto, pariterque DCI minor quam DCA i. e. minor recto. At ex 2. HIA=BAI, et HIC=DCI, unde etiam uterque HIA, HIC minor recto, adeoque AIG, et CIG uterque maior recto (I. 13.), et angulus AIC maior duobus rectis, adeoque multo magis AIC+ACI maiores erunt duobus rectis, quod fieri nequit (I. 17.). Itaque GH nequit esse maior quam AB. Similiter ostenditur, nec minorem esse posse: erunt itaque AB, GH aequales.“

7) „Si duae rectae aequales (Fig. 103.) AB, DC in eodem

plano sitae ad angulos rectos insistant alii rectae BC, et e punctis quibuscunque E ductae AD perpendicula EF demittantur in BC, erit quodvis eorum aequale rectae AB. Si enim unum horum perpendiculorum non aequale fuerit rectae AB, nullum e aequale erit (6.), itaque aut omnia maiora, aut omnia minora erunt, quam AB, aut alia maiora, alia minora. Atqui 1) haec perpendicula non omnia maiora esse possunt quam AB. Quodsi enim foret, abscindatur in omnibus GI=AB, eritque linea per omnia ista puncta G ducta, curva concava versus E (4.), e cuius punctis G aequalia ad BC perpendicula demissa sunt, quod fieri nequit (5.). (Ita Giord. da Bitonto, ut iam monuimus, propositionem 5. non adeo universaliter demonstratam esse.) Simili ratione demonstratur 2) nec omnia perpendicula minora esse posse quam AB, nec 3) alia maiora, alia minora."

8) „Si in figura quadrilatera duo latera opposita aequalia sint, et uni reliquorum laterum ad angulos rectos insistant, erunt etiam duo reliqui anguli recti. Id ope 7. iam eodem fere modo demonstratur ac pars prior 6." Est haec propositio Nassired. Lemm. 2. et Clavii Prop. 4.

9) „Si duae rectae (Fig. 104. 105.) AB, CD in eodem plano sitae secentur ab alia quadam recta EF, quae iis ad angulos rectos insistat, illae in infinitum productae nunquam nec ad se invicem accedent, nec recedent i. e. e definitione, erunt rectae parallelae. Nempe ex rectae AB puncto quocunque G demissum perpendiculum GH semper aequale erit perpendiculo EF. Si enim non sint aequalia, erit alterutrum maius altero. Sit 1) si fieri potest (Fig. 104.), GH>EF, sumtoque HI=EF, erit angulus FEI rectus. At FEG pariter ex hypoth. rectus est, unde foret FEI=FEG, pars toti q. e. a. (Ax. 9.). 2) Similis est demonstratio (Fig. 105.), nec GH maiorem esse posse quam EF. Erunt itaque duo perpendicula aequalia."

10) „Si duae rectae AB, CD (Fig. 106.) sint inter se parallelae, recta FE, quae unam earum CD ad angulos rectos secat, secabit etiam alteram AB ad angulos rectos. Se-

cetur enim ad rectos angulos utraque rectarum parallelarum AB, CD alia recta HI. (Id ipsum autem hic noster illegitime sumere videtur. Ostenderat quidem (9.), rectas ab alia recta ad angulos rectos sectas esse parallelas, at iam sumit conversam; parallelas semper ita secari ab aliqua recta, quod fieri semper posse ostendendum erat.) Sumatur deinde HG =IE, et ducatur GE: erit (8.) IEG angulus rectus. At ex hyp. etiam IEF, recta igitur EF cum EG coincidet."

11) „Si sit angulus rectilineus acutus quicunque ABC (Fig. 107.) et e puncto D quocunque rectae BA quantumlibet productae demittatur perpendiculum DE ad CB quo magis punctum D in recta BA sumtum distat a B, eo magis etiam punctum E distabit a B. Nempe, si punctum F, e quo demittitur ad BC perpendiculum FG propius absit a B, quam D, necessario etiam erit BG<BE. Si enim neges, erit aut BG=BE, at tum foret angulus DGB, utpote rectus, aequalis angulo FGB, totum parti q. e. a. Aut BG>BE, adeoque punctum E in punctum aliquod rectae BG v. c. in H caderet, et rectae DH, FG se intersecarent in puncto aliquo I, ac foret IGH triangulum, in quo duo anguli G et H uterque rectus esset q. e. a. (I. 17.)." Notandum tamen est, verba: „*quanto* il punto preso in AB sarà più lontano dal punto B, *tanto* la perpendicolare segarà la retta CB nel punto più remoto dal punto B" involvere videri aliquam inter incrementa rectarum BD, BE rationem, quae tamen hic probari nequit.

12) „Si sit angulus rectilineus acutus quicunque ABC (Fig. 108.), et e puncto quocunque D unius e cruribus eius BC erigatur perpendiculum DE, illud, si opus sit, productum occurret alteri cruri BA. Sumatur enim in recta BA punctum quodcunque G, et ex eo demittatur ad BC perpendiculum GH, et punctum H vel cum puncto D coincidet, vel erit H in recta BD ultra D producta, vel in ipsa BD. Duobus prioribus casibus facile patet propositum. Tertio casu auctor noster rem inde patere putat, quod ex Prop. praecedente magis magisque a B remota perpendicula e punctis rectae BA in rectam BC demitti possint, quae, quum BD *finitam* tantum

habeat longitudinem, BA autem *in infinitum* produci possit, tandem ultra DE cadere necesse sit." Quam demonstrationem non sufficere, nec licere a maiore subinde distantia a B ad distantiam *data* BD maiorem concludere, vix est quod moneam.

13) „Rectae AB, CD (Fig. 109.), quae in eodem plano ab alia recta EF ita secantur, ut anguli alterni BGH, CHG fiant aequales, sunt parallelae. (Est haec apud Euclidem I. 27.) Bisecetur enim GH in I, et ex I demittantur ad AB, CD perpendicula IL, IK, erunt GI=IH ex constr. LGI=IHK (hyp.) L=K utpote recti ex hyp. unde et GIL=KIH (I. 26.) adeoque LIK erit recta (Conv. 1. Prop. I. 15.). Et quum sit ea ad AB et CD perpendicularis, hae duae rectae erunt parallelae (9.)."

14) „Pariter, si angulus externus aequalis sit interno ad easdem partes opposito, vel si duo interni aequales sint duobus rectis, parallelae erunt rectae, quae ita secantur." (Euclid. I. 28.)

15) „Si duae rectae parallelae secentur ab alia recta, erunt anguli alterni aequales etc." (Prop. I. 29.). Hanc iam simili constructione demonstrat ac 13., nisi quod ex I rectam uni parallelarum ad angulos rectos duci iubet, et ex 10. ostendit, eam etiam alteri parallelarum occurrere.

Sequuntur deinde Euclidis I. 30. et I. 31. adiecto corollario, per unum punctum extra aliquam rectam non nisi unam ei parallelam duci posse. Aliis deinde scholiis et corollariis Ax. 11. Euclidis demonstrat, atque etiam docet, rectam, quae e duabus parallelis unam secet, secare etiam alteram; porro: si duae rectae in eodem plano non sint parallelae, eas concurrere, et si non concurrant, esse parallelas, itaque omnes, quae non concurrant, nec ad se invicem accedere, nec recedere; additis ad finem rationibus, quare Euclidis definitio parallelarum pariter ac Ax. 11. et Clavii demonstratio ipsi imperfecta videatur.

Wallisius Operibus suis Mathematicis T. II. p. 665. sqq. Oxon. 1693. inseruit disceptationem geometricam de postulato quinto libri I. Elementorum. Atque ille quidem primum defendere conatur, iure Euclidem postulatum illud, aut, ut nos dicimus, axioma sumsisse. „Quod verum sit, ait, hoc effatum, nemo dubitat. Non autem gratis assumendum, sed probandum fuisse, contendunt aliqui, duplici saltim argumento, sed quorum neutrum me movet. Potest, inquiunt, demonstrari, ideoque debet, et non ut principium primum assumi, quasi foret indemonstrabile. Verum illi non satis attendunt, inter has communes notiones (tam ab Euclide, tum ab ipsis, qui hoc obiiciunt) recenseri, non modo eas, quae omnino demonstrari non *possunt*, sed quae saltim demonstratione non *indigent*. Ecquis enim non videt, axioma sextum: aequalium dupla inter se esse aequalia, demonstrari posse ex secundo propter aequalia aequalibus addita? Sed et qui hoc effatum demonstrari posse contendunt (saltim quos ego vidi) non illud praestant, nisi assumtis aliis, quae sunt hoc ipso nihil clariora. Vel igitur fatendum illis erit, hoc Euclidi concedendum, vel aliud quid huius loco, quod non sit maius clarum, praesumendum. Obiiciunt porro, utut hoc verum sit de *lineis rectis*, (nempe occursuras tandem esse, quae convergunt rectae) cum tamen id de *lineis universim* non sit verum (ut de curvis cum rectis, aut cum aliis curvis notum est) id de *rectis* probandum erit, quod non est de *lineis universaliter* verum. Sed et hic in eundem ipsi lapidem impingunt, dum assumunt (ne plura nominem) *quod duae rectae non comprehendunt spatium*, quod de *lineis universim* ne ipsi dixerint. Certum utique est, *duas curvas* aut etiam *unam* posse spatium comprehendere. Mihi certe res videtur tam clara, ut de ea nemo, qui rem sedate perpenderit, merito dubitet (magis quam *angulos rectos omnes esse inter se aequales*), si dicatur:

Duae rectae in eodem plano convergentes (si satis continuentur) tandem occurrent. Et quidem *ab ea parte, qua convergunt* (non ea qua divaricantur). Si porro quaeratur, quaenam censendae sint *convergentes?* eas dicimus

In quas recta incidens duos internos (ex eadem parte) angulos faciat minores duobus rectis. Quippe si AB magis inclinat ad CD, quam haec ab illa reclinat; hoc est, si AB magis vergit ad CD quam haec ab illa refugiat, merito dicantur invicem *convergentes;* nec video, quo charactere possit haec *convergentia* aptius describi, quam quod *illos angulos faciat minores duobus rectis.* Cum igitur luce sua sat clarum videatur, *sic convergentes rectas tandem coituras* (quod nemo sanus dubitabit) sitque hoc aptum *κριτήριον de rectis convergentibus* (quod *anguli* sic facti sint *minores duobus rectis*) non video, quin hoc Euclidi *postulanti* merito *concedatur.* Si phantasiam cuiuspiam turbet, quod (in eodem sermone) pro *convergentibus* inseruerit Euclides harum *definitionem*: poterit ipse se inde satis expedire, rem separatim considerando, prout hic proponitur. Ego certe haud difficilis concesserim. Quippe qui mente satis concipit, quid sit *rectum esse*, et quid *in directum procedere* (eorsum continuo tendens, ab ea, qua coeperat, directione nusquam devians, quod in curva non fit) non poterit dubitare, quin, si *rectae* sint, sintque *in eodem plano*, et *convergentes*, et in *directum* procedant (idem altera alterius punctum continuo respicientes eoque collimantes) non, inquam, dubitare poterit, quin si in *infinitum* (aut saltim quantum opus est) sic eorsum continuentur, occurrant tandem, utraque ad punctum illud, quo continuo collimabat, pertingens."

Addit deinde, cum tamen aliquot magni viri senserint, si non necesse, saltim aequum esse, ut demonstretur, ipsique id adgressi sint, inter quos refert Ptolemaeum, Proclum, Clavium, Thomam Oliver. Anglum, Arabem Anaritium quendam et Nassireddinum, se quoque suam symbolam conferre statuisse. Tum exhibita primum Nassireddini demonstratione, cuius potissima capita supra dedimus, addit, vidisse se in alio arab. mscpto duas alias huic non multum absimiles eiusdem postulati quinti demonstrationes. Hoc autem omnium commune esse, quod, dum Euclidi haud facile *postulandum* concesserint, *duas in eodem plano rectas convergentes, si pro-*

ducuntur, *tandem coituras*, assumant ipsi huius loco aliud aliquod, nedum plura, postulatum, unde illud operose demonstrent, quod non minus difficile concessu videatur. Quo confirmatior ipse factus sit, immerito sugillatum iri Euclidem propter hoc (non iniquum) postulatum. Suam deinde subiungit demonstrationem, quae ad haec lemmata redit:

1 et 2) „Si finita recta, in recta infinita iacens, in directum continuetur (vel quantum libet promoveri intelligatur) etiam continuata (vel promota) iacebit in eadem recta infinita." Quod motum rectae adhibeat, excusat Wallisius exemplo Euclidis, aliorumque geometrarum, qui motum circuli in definitione Sphaerae, et motum trianguli in definitione Coni, quin in postulato tertio libri primi elementorum pariter motum rectae, et saepius praeterea superpositionem figurarum sumant.

3) „Si finitae rectae, in recta infinita iacenti, insistat recta angulum cum ea faciens, facit haec cum recta illa infinita eundem angulum."

4) „Si in recta infinita, finita recta iacens, in directum promoveatur, et huic insistens recta, non variato angulo, simul feratur: facit haec ad rectam illam infinitam eosdem (seu aequales) ubique angulos."

5) „Si in duas rectas recta incidens angulos internos et ad easdem partes faciat minores duobus rectis: angulus externus (utrivis adiacens) opposito interno maior est."

6) „Iisdem positis; si recta interiacens (Fig. 110.), ut AC, in directum promoveatur in situm $\alpha\gamma$ (ita ut punctum A iam cum C coincidat, et simul feratur AB (manente angulo BAC invariato) in situm $\alpha\beta$: dico, totam rectam $\alpha\beta$, hoc est AB promotam cadere extra CD."

7) „Iisdem positis: dico (Fig. 111.) rectam $\alpha\beta$, hoc est AB promotam rectam CD prius secare, quam punctum α ad C perveniat."

8) „*Tandem*, ait; praesumo (ex praesupposita rationum natura tanquam cognita, et figurarum similium definitione) ut communem notionem

Datae cuicunque figurae similem aliam cuiuscunque magnitudinis possibilem esse. Hoc enim (propter quantitates continuas in infinitum divisibiles pariter atque in infinitum augibiles) videtur ex ipsa quantitatis natura fluere; figuram scilicet quamlibet continue posse (retenta figurae specie) tum minui, tum augeri in infinitum. Atque hoc revera (utut inobservati, nec ipsi forsan animadvertentes) praesumunt omnes, et cum aliis Euclides ipse. Dum enim postulat *dato centro et intervallo circulum describere*, praesumit, circulum cuiuscunque magnitudinis, vel quocunque radio possibilem esse: quodque praesumit posse fieri, postulat te posse facere. Et quanquam non pariter aequum esset postulatum, cuivis figurae datae similem te posse (nondum edoctum) super data recta construere: possibile tamen esse, hoc fieri, de figura quacunque non minus praesumendum erit, quam de circulo. — Nec obstat praesumtioni huic nostrae, quod proportionalium definitio, et (quae hanc supponit) definitio similium figurarum nondum erat ab Euclide tradita (sed altera libro quinto, altera sexto post tradendae): poterat enim Euclides, si expedire visum esset, utramque libro primo praemisisse.

9) Ex his lemmatibus deinde facile demonstrat axioma Euclidis undecimum, „quod nempe, si ponuntur (Fig. 112.) anguli $BAC+DCA<2$ rectis, ex Lemm. 7. semper inveniri potest triangulum $\pi C\alpha'$, cuius anguli ad basin iidem vel aequales sint angulis DCA, BAC, et huic triangulo $\pi C\alpha$ deinde aliud simile cogitari potest super recta CA. — Neque, ait Wallisius, hic obstat, quod super datam rectam triangulum constituere dato simile nondum docuerat Euclides: nam multa passim in παρασκευῇ ad demonstrationes theorematum (utut in problematum constructione secus sit) fieri posse praesumuntur et supponuntur facta, quae quomodo fiant geometrice, nondum traditur. — Cum igitur sit PCA triangulum, occurrunt invicem duae rectae CP, AP. Erit nempe, quum triangula PCA, $\pi C\alpha$ sint similia, $PCA=\pi C\alpha=DCA$, adeoque recta CP in ipsa CD producta iacet, pariterque $PAC=\pi\alpha C=BAC$, unde etiam AP in ipsa AB producta erit. Coëunt au-

tem AP, CP in puncto P, unde coëunt DC, BA in eodem puncto P. e. ad eas partes rectae AF, ubi sunt duo illi anguli duobus rectis minores. His addit Wallisius: tantum autem abest, ut Euclidem culpem, quod ipse id non demonstraverit, ut neque culpaverim, si plura adhuc indemonstrata postulasset, v. c. cum Archimede, lineam rectam, omnium inter easdem puncta esse brevissimam, quo posito non opus fuisset I. 20. Sed Euclides id sibi propositum habuisse videtur, ut, quam paucissimis postulatis reliqua demonstraret firmissimis consequentiis. Unde factum est, ut sibi non raro facessat negotium ea probandi, quae nemo non gratis concesserit. Et quidem in omni probatione in quacunque materia praesumendum est aliquid. Nam, nisi ex praesumtis (seu praeconcessis, aut ante non probatis) nulla fit probatio. Haec autem *praesumenda* quamvis ab aliis scriptoribus, de rebus aliis non soleant diserte recenseri (quod ab Euclide factum est) talia tamen *tacite praesumunt* alii, utut inobservati. Sed et Euclides ipse in processu operis praeter haec diserte memorata (ut praecipua et magis notabilia) alia, sive ex *inspectione schematis*, sive *aliunde* manifesta passim praesumit, sed quae nemo foret negaturus. — Et quidem, si adhuc plura vel tacite *praesumserat*, vel disertim *postulaverat* (quae sua luce clara sint) non foret inde culpandus — sed laudandus, qui tam distincte, quid velit, exposuerit. Nempe *lineae* (non quaelibet, sed saltim) *rectae* (non quotlibet, sed) *duae* (non utcunque sitae, sed) *in eodem plano*, (nec sit utcunque, sed) *in quas recta incidens angulos internos et ad easdem partes faciat minores duobus rectis*, (nondum forte coëunt, sed) *si producantur* (non utcunque, sed) *in infinitum, tandem coibunt* (non quidem ad utrasque partes sic incidentis rectae, nec ad utrasvis indifferenter, sed) *ad eas partes, ubi sunt illi duo anguli minores duobus rectis.* Quod optimo consilio factum iudico. Atque haec in Euclidis vindicias sufficiant." Ita quidem Wallisius. Et, quidquid sit de eo, quod in Lemm. 8. sumitur: *datae cuiuscunque figurae similem aliam cuiuscunque magnitudinis possibilem esse*, et nominatim super quacunque recta data triangulum descriptum cogitari posse, quod simile sit triangulo dato, de qua suppositione disputari posse sane concedendum est, nescio tamen, an Klügelius (Conat. praecip. etc. p. XV.) haud iusto iniquius de hoc Wallisii conamine iudicet. Putat nempe, qui axioma 11. neget, non posse non postulatum Wallisii *sibi repugnans* dicere. Quia demonstraturum, nulla triangula, nisi aequalia, sibi esse posse similia. Etenim, qui axioma 11. neget, pugnaturum, cuiusque trianguli BAC (Fig. 113.) angulum externum CAD maiorem aut minorem esse summa duorum internorum oppositorum. Si enim in uno casu eum illis aequalem censeret, in omnibus idem ipsi fatendum fore, id itaque, cum contra hypothesin ipsius sit, haud concessurum. Itaque affirmaturum esse, triang. CAD maiorem aut minorem summam angulorum habere quam triang. BCD, itemque triang. AED (facto angulo EAD=CBD) maiorem vel minorem illam habere quam triang. ACD, ergo etiam quam triang. BCD. Ergo angulum AED maiorem aut minorem fore quam BCD; ergo triangula BCD et AED non fore similia, licet angulos duos singulos aequales habeant. Ita quidem Klügelius. At mihi haec argumentatio nihil probare videtur. Ille enim, quem Klügelius fingit, adversarius ex falsa sua aut certe nondum demonstrata hypothesi illud tantum adstruere poterit, *quae a se et Wallisio ponantur, simul vera esse non posse*, sibi ea, quae Wallisius postulet, haud certa videri (falsa esse nondum demonstravit). Nec mirum. Tacite enim in iis, quae Wallisius sumit, involvi 11. illud axioma, quod adversarius negat, nemo negaverit, quippe e suis suppositis, si iis non involutum esset, nec evolvere illud poterat Wallisius. Utra autem sententia, num Wallisii an adversarii vera sit, id inde pendebit, utra magis sua luce fulgeat, aut ex aliis indubitatis principiis derivari queat. Nec etiam omnia, quae ad figurarum similitudinem pertinent v. c. laterum proportionalitas hic in censum veniunt, sufficit Wallisio ponere, super quacunque recta construi posse figuram alteri datae aequiangulam, vel potius saltim construi posse triangulum alteri dato aequiangulum.

Cf. Saccherius p. 40. 41. sq. Tacquetus (Elementa Euclidea Geom. Plan. edita ab anno inde 1654. saepius, inter alia 1725. quam editionem hic citabimus p. 6.) Euclidis parallelarum definitionem e pari ratione ac Proclus reprehendit, quod dentur lineae, quae in infinitum productae, licet ad se mutuo adpropinquent ad intervallum quovis dato minus, nunquam tamen concurrant; ac rectas lineas parallelas eas esse dicit, quae in eodem plano sitae, utrimque in infinitum protractae aequalibus semper intervallis distent, vel, ut postea explicat, quorum omnia perpendicula ex una in alteram demissa sint aequalia. Eas generari dicit, si recta ad aliam perpendicularis ad hanc semper perpendiculariter moveatur: tunc enim alterum eius extremum describere (non tantum, ut Clavius ait, rectam, sed) parallelam ei, ad quam perpendiculariter movebatur. — At facile patet, demonstrari oportere, lineam, e cuius punctis quibuscunque demissa ad rectam aliquam perpendicula inter se aequalia sint, etiam ipsam rectam esse. Sumit deinde tria nova axiomata, quae quidem, concessa ipsius definitione, facile demonstrare poterat, adeoque demonstrare debebat, nempe p. 8. parallelas communi uti perpendiculo; et perpendicula bina ex parallelis aequales utrimque excipere partes; denique p. 27. inter crura cuiusvis anguli rectilinei duci posse rectam uni horum crurum parallelam et quavis data recta maiorem. Quae omnia sane haud ita comparata sunt, ut Euclidis ἀκρίβειαν ullo modo assequantur. Cf. Hoffm. Critik der Parallel- Theorie p. 210. sqq.

Wolfii demonstratio in Elem. Geom. quum ex eadem parallelarum definitione, a Posidonio iam, ut ad Def. 35. diximus, prolata, proficiscatur, neque etiam is demonstrare tentaverit, posse perpendicula ex una recta in alteram demissa omnia inter se esse aequalia, quum alii praeterea errores in eius argumentatione se facile prodant, v. c. quod sine demonstratione sumit, perpendiculum super una parallelarum erectum secare etiam alterum, nihil attinet, his diutius immorari. Idem circa alia etiam tentamina ex hac definitione parallelarum theoriam adstruendi monendum fuerit. Ita v. c.

La Caille (Leçons Elément. de Math. Edit. 1784. p. 261.) eandem parallelarum definitionem sumit, addit autem, quum duo puncta positionem rectae determinent, sufficere, si duo perpendicula sint aequalia. Hoc autem ad definitionem hanc defendendam haud sufficere quisque videt. Pariter Edmund. Scarburgh. (the English Euclide 1705.) retinet quidem Euclideam parallelarum definitionem, at pro axiomate sumit, parallelas eandem ubique distantiam habere, ubi eadem monenda videntur.

Similem defectum in eorum theoria locum habere, iam supra ad Def. 35. diximus, qui rectas parallelas eas esse dicunt, quae in eodem plano sitae ab alia recta ita secentur, ut anguli alterni fiant aequales, nempe probandum esse, id fieri, a quacunque recta secentur. Ex horum numero est potissimum Varignon. Elém. de Math. 1731., Bossut Traité Elém. de Géom. 1777. et multi eos secuti Galli, cum quibus etiam facit Austin. An Examinat. of the first six Books of Euclids Elements Oxford. 1781. p. 13., quos itaque pariter hic praetermittimus. Ipse tamen Bossut postea Cours de Mathémat. T. II. 1800. ait, si rectae alicui aequalia perpendicula insistant, earumque extrema iungantur, has iunctas efficere unam rectam, ei, cui perpendicula insistunt, parallelam, de qua definitione vide, quae dicta sunt ad Def. 31.

Longe accuratius in ea re versatus est Hieron. Saccherius, edito Mediolani 1733. Euclide ab omni naevo vindicato. Et quamvis verum sit, quod Klügel. monet l. c. p. VI. VII. multis eum ambagibus uti, et in tam obscuris ac involutis ratiociniis facile errorem aliquem latere posse, et quamvis nec ipsum scopum penitus tetigisse fateamur, haud tamen inutile fuerit, laboribus viri paulisper immorari, eiusque demonstrandi rationem obiter saltim cognoscere, qui rem omnem diligentius, quam plerique reliquorum tractavit, et omnem lapidem movit, ut falsarum hypothesium absurditatem ostenderet, et ad certa omnia, quae huc pertinent, capita revocaret. Liceat itaque, quantum fieri potest brevissime, methodum eius indicare. Et primum quidem ostendit, quod etiam Giord. da Bitonto (quem Saccherius, quod mirum videri possit, haud legisse, aut aliunde nosse videtur) demonstrasse diximus, duas rectas aequales, quae eidem basi ad easdem partes insistant, angulosque aequales efficiant, et quorum extrema iungantur, angulos quoque, quos cum iuncta faciant, efficere aequales: nominatim itaque, si eidem basi duo aequalia perpendicula insistant, fore etiam, si eorum extrema iungantur, reliquorum angulorum vel utrumque rectum (quem ille casum hypothesin anguli recti vocat), vel utrumque obtusum (hypothesis anguli obtusi) vel utrumque acutum (hypothesis anguli acuti). Omnis deinde demonstratio eo redit, ut ostendat, hypothesin anguli obtusi pariter ac anguli acuti locum habere non posse, necessario itaque locum habere hypothesin anguli recti, vel, ut aliter dicamus, in figura quadrilatera, cuius duo latera opposita aequalia sint, atque ad basin perpendicularia, reliquos etiam angulos esse rectos, quod ipsum, ut supra vidimus, est Nassireddini Lemm. 2. et a Clavio quoque 4. a Giord. da Bitonto autem 8. loco positum fuit. Ac Euclideum axioma facile inde derivatur. Et hypothesin quidem anguli obtusi non consistere posse facile demonstrat, quum ea admissa veritas axiom. 11. Euclid., ex hoc autem veritas hypotheseos anguli recti consequeretur, antea autem ab ipso demonstratum fuerit, unam e tribus illis hypothesibus vel unico saltim casu admissam excludere utramque reliquarum. Hac itaque hypothesi suo telo iugulata, incipit, ut Saccherius ait, diuturnum auctoris proelium adversus hypothesin anguli acuti, quae sola adhuc renuit veritati axiomatis Euclidei. Et hic quidem multus est auctor noster in stabiliendis variis consectariis, quae admissa una aut altera hypothesi, et maxime hypothesi anguli acuti locum habere debeant et vice versa (v. c. prout in quolibet triangulo tres anguli simul aequales aut maiores aut minores sint duobus rectis, locum habere hypothesin anguli recti (Hyp. 1. vocabimus) aut anguli obtusi (Hyp. 2.) aut anguli acuti (Hyp. 3.): pariterque in quovis quadrilatero omnes angulos simul quatuor rectis aequales fore in Hyp. 1. aut maiores in Hyp.

2. aut minores in Hyp. 3.; et simili hypothesium diversitate angulum in semicirculo fore rectum, aut maiorem aut minorem recto etc. et vicissim). Adiectis deinde pluribus aliis Prop. XXIII. ostendit, duas rectas in eodem plano sitas vel commune habere perpendiculum, vel in alterutram eandem partem protractas semper magis ad se invicem accedere, nisi aliquando ad finitam distantiam una in alteram incidat. Deinde, postquam sumta Hyp. 3. magis ad se invicem ita accedere non posse ostendit, ut distantia earum semper maior sit data quadam longitudine, nihil relinqui putat, quam ut distantia earum quavis data minor sit, vel ut in infinito, ut aiunt, concurrant. Ita vero commune perpendiculum, et commune etiam segmentum habituras duas rectas in infinito concurrentes, quod quum fieri non possit, nec hypothesin tertiam locum habere posse. Solam itaque relinqui hyp. 1. quae cum Axiom. 11. arctissime cohaereat. Praeterea aliter etiam hyp. 3. destruere conatur, quod, ea sumta, linea aliqua curva simul maior ac minor esse debeat linea aliqua recta, quod tamen eum satis perspicue demonstrasse iure dubitatur. Unde concludit, hyp. 1. solam veram esse, adeoque Ax. 11. rite habere. Abuti tamen eum voce infiniti et concursus in infinito, merito iudicat Klügel., infinitum enim natura sua esse indeterminatum, et rectas, quas in infinito concurrere metaphorice dixeris, reapse haud concurrere, nec commune perpendiculum habere.

Notari omnino meretur, Lambertum quoque in meditationes circa parallelarum theoriam incidisse, iis admodum similes, quas e Saccherio attulimus, quamvis ipse Saccherii, quem ne legisse quidem videtur, nullam mentionem faciat. Fuerunt illae conscriptae 1766., at post mortem demum viri sagacissimi, cui forte ipsi non ex omni parte satisfecere, insertae a Bernoullio Lipsiensi Promtuario Mathemathico (Leipz. Magazin für Mathem. 2. St. 1786. p. 137. sqq. et 3. St. p. 325. sqq.) Lambertus post generalia circa ea, quae in parallelarum theoria adhuc desiderari possint, monita, nonnullas propositiones affert, quibus demonstratis Ax. 11. sponte fluere ostendit, variisque modis tentat, eas ita struere, ut vix quidquam in earum demonstratione desiderari posse censeri debeat. Deinde ipsam parallelarum theoriam aggreditur, pariterque tres hypotheses sumit, et de iis, quae inde consequantur, disquirit, prout nempe in figura quadrangula, cuius tres anguli recti sint, reliquus quartus vel et ipse rectus, vel maior, vel minor recto fuerit, quas hypotheses alio nomine ad eas ipsas redire, quas Saccherius habuit, facillime patet, cf. Lambert. l. c. §. 30. sqq. Lambertus tamen rem aliquanto brevius et magis dilucide, quam Saccherius expedit, pariterque hypothesin anguli obtusi facile refellit, ex qua nempe consequi docet, duas rectas spatium comprehendere; hypothesin autem anguli acuti pariter magis refractariam esse deprehendit, tandem tamen etiam hanc sibi ipsi contradicere, demonstrari posse putat. Quae ipsa tamen demonstratio nititur propositione sequenti: „Si in duas rectas in eodem plano sitas tertia aliqua incidat, quae cum altera earum angulum rectum, cum altera angulum efficiat recto minorem, ita ut a recto angulo quantum libet parvo differat, rectae istae ita sectae in infinitum productae se invicem secabunt. Hanc autem propositionem, quae ax. 11. partem specialem complectitur, in praecedentibus Lambertum haud ita evicisse, ut in elementis fas erat, iure monet Hindenburg. l. c. p. 365. Ea quoque demonstratio, quam exhibet Struve (Theorie der Parallellinien, Königsberg 1820.) eo redit, ut hypothesin Saccherii secundam et tertiam locum non habere posse asserere conetur. Neque tamen etiam apud hunc auctorem omnia satis evicta, nec ea simplicitate posita esse videntur, quae elementarem demonstrationem decet. Eadem fere ratione, ut nempe hypothesin anguli acuti pariter atque anguli obtusi locum habere non posse (quamvis ipse hac denominatione non utatur) ostendere studeat, rem absolvere se posse putat Duttenhofer (Versuch eines strengen Beweises der Theorie von Parallellinien 1813.) in quo tentamine eadem, quae in reliquis huc pertinentibus notavimus, desiderari adhuc videntur.

Praetereo hic Hausenii demonstrationem in Elem. Matheseos Lips. 1734. quum in ea aperte, etiam Klügelio iudice l. c. §. VI. sumatur, quod probandum erat. Satis concinne tamen Hausenius omnia ad eum casum reduxit, quo altera duarum rectarum, quae ab alia quadam recta secantur, huic ipsi ad angulos rectos insistit, altera cum ea angulum acutum efficit. Pariter nihil opus esse puto, omnia hae in re conamina v. c. ab Hanke., Behn., Malezieu., Cataldo., Pardies., König., Ebert., Voigt., Maas., Vieth., Lazar. Bendavid. (de quo conferantur inprimis Pfleiderer. Thes. inaugur. 1786. Thes. 1—5.) Kircher., Lüdicke. aliisque facta, quae vel Klügel. et Hoffmann. habent, vel e schedis Hauberianis aut aliunde mihi cognita sunt, hic afferre, quum vel nihil, quod ipsis proprium sit, aut prae reliquis emineat, habeant, vel manifestis etiam paralogismis innitantur.

Praeterire etiam liceat, quae Segner. (Vorl. üb. Rechenk. und Geom. 1767. V. Abschn.) Karsten. (Praelect. Mathes. theor. et element. 1760.) Lorenz. (Erster Cursus der reinen Mathem. 1804.) habent, qui sumunt aut demonstrare tentant, rectam, quae per punctum intra aliquem angulum situm ducatur, necessario alterutrum certe crus huius anguli secare, quum nec haec satis circumspecte evicta aut extra omnem dubitationem posita esse facile pateat.

Alia autem ratione Kaestner. (Anfangsgr. der Arithm. und Geom. 1758.) Segner. (Vorlesung. über Rechenk. und Geometrie 1767. IV. Abschn. §. 57. et Vorrede zu den 6 ersten Büchern der geometr. Anfangsgr. Euklids 1773.). Klügel. (Encyclop. 1782.), G. G. Schmidt. (Anfangsgr. der Mathem. 1797.) et recentissimis adhuc temporibus Herrmann. (Versuch einer einfachen Begründ. des 11. Euklid. Axioms; Frankf. 1813.) et Bürger. (vollständ. Theorie der Parallelen, Karlsruhe 1816.) hanc rem ita certe illustrare studuerunt, ut tutius deinde axioma 11. sumere liceat. Eorum argumentationes, quarum initia iam apud Wallisium deprehendimus, eo fere redeunt. Si duae rectae BA, DC (Fig. 114.) ab alia quadam AC ita secari ponantur, ut summa angulorum BAC, DCA minor sit duobus rectis, consequitur, angulum BAF maiorem esse angulo DCA. Quodsi igitur recta DC, manente angulo DCA, versus A promoveatur, manifestum est, ubi punctum C ad A pervenerit, rectam DC intra angulum BAF sitam fore v. c. in AG. Iam, si vice versa AG, manente angulo GAF = DCA, versus C regrediatur, patet, non statim totam ultra AB recessuram (ita enim angulus GAF non posset manere) sed primum inferiores saltim eius partes, quae rectae AC proximae sunt, ultra AB v. c. in eum situm, quo rectam *oe* videmus, perventuras, quum interea partes ab AC longius remotae, ut *de* adhuc cis AB positae sint. Et, quum recta quaevis ut AG vel *cd* in infinitum produci queat, semper, quemcunque recta ita promota situm habuerit, infinita eius puncta cis AB remanebunt, ut itaque hic rectae motus continuari possit, quamdiu libuerit, v. c. dum iterum ad CD regressa sit, nec unquam situm obtinere poterit, quo non aliqua eius puncta citra, alia ultra AB sita fuerint, unde et rectae AB, CD, si opus sit, productae se invicem secare censendae sunt. Atque haec quidem ad illustrandum axioma 11. quam maxime facere, quin huic scopo sufficere videri possint, perfectam tamen in iis demonstrationem contineri, perspicacissimi huius illustrationis auctores nec ipsi putarunt, nec aliis persuasum fuit. Maxime etiam analogia curvarum quarundam, quae asymptotas, ut vocant, habent rectas, a quibus non secantur, quamvis ab ipsis his rectis, si retento situ priori parallelo promoveantur, eas secari certum sit, praecipitare hac in re iudicium vetare videtur. Cf. Hoffm. Crit. der Parall. Theorie I. Th. p. 61. sq. 104. sq. 147. sq. Par fere ratio est eorum, qui, si in praecedente figura alter angulus v. c. BAC rectus, alter DCA acutus sit, ostendunt, ex CD maiora subinde perpendicula ad AC duci posse, quae ex AC pariter maiora segmenta puncto C adiacentia abscindant, unde deinde colligunt (quamvis fortasse haud accurate ostensum sit, segmenta illa data quavis recta tandem maiora esse, vel incrementa etiam segmentorum eadem semper aut maiora etiam fore), tandem aliquod horum perpendiculorum cum recta BA coincidere, aut etiam ultra eam cadere debere, quo praeter Clavium, eosque quos cum ipso nominavimus, pertinet le Gendre *) (Elem. de Géometr. 1794. et 1817.) de quo vide Gilberti monita (die Geometrie nach le Gendre, Simpson etc. 1798. p. 73. sqq.) et Franceschini (la Theoria delle parallele rigorosamente dimostrata in eius Opuscoli Mathemat. 1787. cf. Playfair. Elem. of Geom. p. 364.). Recentissime quoque similem viam ingressus est Metternich (Vollständ. Theorie der Parallelen 1815) sed haud meliore ac reliqui fortuna. Nam et ipsi haud contigit, ostendere, bases triangulorum, quae sumit, tandem quavis data maiores fore. Cf. Zeitschrift für Astron. 1816. II. B. S. 64. flg.

Eodem fere tempore, quo apud nos Kaestner., Segner., Karsten. aliique de parallelarum theoria laborarunt, in Anglia idem aggressus est Rob. Simson. Is nempe in latina Elementorum editione, quam publici iuris fecit 1756., professus primo est p. 345., axioma 11. inter communes sententias non ponendum videri, sed neque demonstrationem stricte loquendo admittere, explicatione autem quadam indigere, ut dilucidior fiat, atque hanc ipsam explicationem ita dedit, ut rectas, quae eidem rectae ad rectos angulos sint, aequidistantes quoque esse pronuntiaret, rectas autem, quae ab eodem puncto exeant, a se invicem magis et magis divaricare et divergere (quod idem fere Procli assertum est), atque inde axiomatis 11. veritatem ostendi posse putaret. Si enim (Fig. 115.) rectae DF, AB ab alia recta HE ita secentur, ut anguli interiores et ad easdem partes DFE, BEF simul minores sint duobus rectis, constitui posse angulum HFG aequalem BEF, unde demonstrari possit, rectas FG, AB eidem alicui rectae ad angulos rectos, adeoque inter se aequidistantes esse. Quum autem ex constr. FD cadat inter aequidistantes FG, AB, rectas FG, FD ex eodem puncto exeuntes necessario tandem magis inter se distare, quam aequidistantes FG, AB, adeo-

*) Idem in subsequentibus elementorum editionibus variis aliis modis rem tentavit, quorum qui ex functionum, ut aiunt, theoria desumti sunt, ut nihil aliud moneamus, ad elementa certe non pertinent, qui autem magis elementares sunt, nec ipsi auctori plane satisfacere videntur.

que FD tandem fore ad partes rectae AB contrarias ei, ad quas sit punctum F, adeoque tandem convenire rectae AB. In anglica deinde Elementorum editione, quae primum prodiit Glasg. 1762. accuratius adhuc rem demonstrare aggreditur hoc fere modo:

Def. 1. „Distantia puncti a recta est perpendiculum e puncto in rectam demissum."

Def. 2. „Recta ad aliam rectam propius accedere, aut ab ea recedere dicitur, prout distantiae punctorum prioris rectae a posteriore decrescant semper aut crescant: aequidistantes autem dicuntur duae rectae, si puncta unius ab altera eandem semper distantiam teneant."

Axioma. „Fieri nequit, ut recta aliqua primum propius ad aliam rectam accedat, deinde iterum ab ea recedat, antequam eam secuerit; pariter recta nequit primum recedere ab alia recta, deinde propius ei accedere; nec recta primum alii rectae aequidistans esse, deinde ei propius accedere, aut magis ab ea recedere potest; recta enim eandem semper servat directionem." Hinc facile demonstrat

Prop. 1. „Si duae rectae (Fig. 116.) AC, BD aequales inter se alii cuidam rectae AB ad angulos rectos insistant, et a puncto quocunque F iunctae CD demittantur ad AB perpendiculum, erunt EF, AC, BD aequales. Quodsi enim non ita esset, recta CD accederet primo, deinde recederet a recta AB, quod fieri nequit." Est haec propositio Clavii 3. et 7. Giord. da Bitonto.

Prop. 2. „Si eidem rectae ex eadem parte ad aequales angulos constituantur duae rectae aequales, earumque extrema iungantur, iuncta haec pariter rectos angulos efficiet cum istis, quarum extrema iungit." Facile patet, esse id ipsum Lemma 2. Nassireddini, vel Clavii Prop. 4. vel Saccherii Hyp. 1. Hinc deducitur in parallelogrammo, cuius tres anguli recti sint, quartum etiam rectum fore.

Prop. 3. „Si duae rectae angulum (acutum) comprehendant, in utravis earum punctum inveniri potest, a quo perpendiculum in alteram demissum maius sit data quavis recta."

Prop. 4. „Si duae rectae ab alia recta ad easdem partes sub angulis aequalibus, altero interno, altero extremo, secentur, erit etiam aliqua recta, quae eas ad angulos rectos secet."

Prop. 5. Haec eadem est cum Euclidis axiomate 11. et simili fere modo ac in ed. Simsonis latina demonstratur.

Apparet, Simsonis demonstrationem aliqua ex parte convenire cum Claviana. Et maxime etiam axioma a Simsone sumtum iisdem fere dubiis obnoxium est, ac Clavii lemma 2. Conf. Hoffmanni Critik der Parallelen Theorie p. 74. sq. Austin. (l. c. p. 11.) quoque monet, eadem fere, quae contra Euclidis axioma 11. Proclus observaverit, valere quoque contra hoc axioma Roberti Simson. (Haud multum a theoria Rob. Simsonis differre videtur demonstratio prior Mülleri, Ausführl. und evidente Theorie der Parallelen. Nürnb. 1819. Demonstratio eius posterior paralogismo laborare videtur. Nec ea, quae in appendice adiecta est, demonstratio omnia exhaurit.) Alius Anglus, Thom. Simpson. (Elem. of Geometry, quorum editionem quintam Lond. 1800. editam inspicere mihi licuit), ita in hac re versatur, ut primum doceat, distantiam puncti alicuius a recta esse perpendiculum ab hoc puncto in rectam demissum, deinde sequens axioma praemittat.

„Si duo puncta alicuius rectae inaequaliter ab alia recta in eodem plano posita distent, hae rectae in infinitum productae ex ea parte concurrent, qua minus distant." Hinc porro facile deducit, duas rectas, quae non concurrant, (vel quae ex Euclidis mente parallelae sint) eandem semper inter se distantiam habere, vel omnia perpendicula ab una ad alteram demissa esse aequalia, adeoque per unum idemque punctum non posse plures una recta alicui rectae parallelas duci, et rectas, quae eidem rectae parallelae sint, parallelas esse inter se, unde deinde reliqua et nominatim Prop. I. 29. facile consequuntur. Et fatendum omnino est, concesso axiomate, reliqua inde rite derivari. Quamvis autem Playfair.

(Elem. af Geom. p. 369.) hanc demonstrationem omnium simplicissimam atque elegantissimam esse iudicet, alii tamen nec hoc axioma multum ab Euclideo differre iudicarunt. Playfair ipse pro axiomate sumit, eidem rectae per idem punctum unam tantum parallelam duci posse.

Verum mittamus haec, et quaedam adhuc demonstrationum genera consideremus, quibus nostra aetate parallelarum theoriam stabilire nonnulli tentarunt. Et primum quidem eorum est, qui ex accuratiore theoria situs rem expediri posse putavere. Kaestnerus inter primos fuisse videtur, qui ita iudicaret in adiecto Klügelii dissertationi de parallelis, quam saepius laudavimus, epistolio, ubi ita ait: „habituros nos aliquando veram parallelarum theoriam vix speraverim, nisi diligentius exculta theoria situs." Qua in re haud consentientem habet Pfleiderer. (Thes. inaugur. 1782. Th. I.) Karstenius deinde primum in Progr. inaugurali Halae 1778. edito rem maxime eo deducere studuit, ut ostenderet, duas rectas in eodem plano positas, quae cum tertia aliqua secante aequales efficiant angulos exteriorem et interiorem oppositum ad easdem partes, etiam cum alia quacunque ipsas secante angulos modo denominatos aequales efficere. Id quod inde adstruere tentat, quod, assumto contrario, easdem illae duae rectae in plano, in quo ductae sunt, simul habiturae essent positionem eandem, ac diversam, seu non eandem (forte rectius similem ac dissimilem.) (Ita certe accuratius Proclus ad I. 30. dicit: καὶ γάρ ἐστιν ὁμοιότης θέσεως ἡ παραλληλότης.) Hac autem argumentandi ratione haud acquieturum fuisse Euclidem, iudicat Pfleiderer. l. c. Thes. 13. maxime si conferantur eius propositiones 7. 8. 9. 10. 11. libri V. et VI. 21. Ulterius deinde Karstenius rem explicavit, edito Halae 1786. libro (Mathem. Abhandlungen S. 130—145.) Theoria eius a Pfleiderer. (Thes. inaugur. 1786. Th. 6.) ad haec capita reducta sistitur:

1) „Rectae, quae se mutuo secant, seu non parallelae sunt, habent directionem, vel positionem, diversam, non eandem" (§. 20.).

2) „Duae rectae, quae a duobus punctis protenduntur secundum eandem directionem, seu quae in eodem plano eandem habent positionem, se mutuo non secant (§. 22. Cor. 2.) adeoque parallelae sunt“ (§. 28.).

3) „Duae rectae in eodem plano, quae cum eadem tertia ipsas secante efficiunt angulum exteriorem aequalem interiori opposito ad easdem partes, eandem in plano habent positionem vel directionem“ (§. 23.).

4) „Quae autem non efficiunt angulum exteriorem aequalem interiori opposito ad easdem partes, eandem in plano non habent positionem vel directionem, sed diversam“ (§. 25.).

5) „Duae rectae, quae in eodem plano eandem habent positionem, vel iuxta eandem directionem protenduntur, sectae ab eadem tertia efficiunt angulum exteriorem aequalem interiori opposito ad easdem partes“ (§. 25. Cor. 1. §. 29. Cor. 2.).

6) „Contra, quae eandem positionem vel directionem non habent, cum tertia ipsas secante non efficiunt angulum exteriorem aequalem interiori opposito ad easdem partes“ (§. 25. Cor. 3. §. 30.).

7) „Rectae, quae se invicem secant, cum eadem tertia ipsas secante faciunt angulum exteriorem maiorem interiore opposito ad eas partes, ad quas concurrunt (§. 26.), adeoque angulos interiores ad has partes minores duobus rectis“. His stabilitis, Pfleiderer. iudicat, reliqua brevius, quam a Karstenio factum sit, expediri posse, at Thes. 8. addit: „in praemissis, earumque demonstrationibus scrupulos movere non inanes videtur 1) conceptus identitatis directionis duarum rectarum in eodem plano praemissus theoriae parallelarum; 2) identitas situs seu positionis in eodem plano attributa duabus rectis diversis, contra notiones communes modi, quo rectae in plano positio dari intelligitur (§. 18. 22.); 3) axiomata tacite supposita in demonstrationibus Prop. 3. 4. (§ 23. 25.): duarum rectarum, quae ab eiusdem tertiae situ in plano aliquo ad easdem partes divergant angulis aequalibus, eandem

Ee

esse positionem in plano; et rectam, quae positione vel directione differat ab una duarum rectarum eandem in plano positionem habentium, pariter cum altera non habere positionem eandem: quae, si geometrice enuncientur, ultimo resolvuntur prius quidem in I. 28. Euclidis, posterius in propositionem: non posse eidem rectae per idem punctum duci plures una parallelas."

Huc etiam pertinet Hindenburg. qui in Promtuario Lipsiensi (Leipz. Magazin der Natürl. Math. und Oekon. 1781. p. 145—168 et 342—371.) et brevius, at, ut ipse dicit, accuratius postea in eodem Promtuario (1786. III. St. p. 367—389.) parallelarum theoriam exposuit. Haec theoria eo maxime nititur, ut ostendatur, rectas, quae eidem tertiae parallelae sint, parallelas esse inter se. Quod quidem casu I. nullo negotio evincitur, si nempe illa tertia, inter duas, cum quibus comparatur, intermedia sit. Casu II. autem, quo illa extra utramque reliquarum posita est, demonstrationem ita instruit auctor, ut dicat, rectas, quae parallelae sint alicui tertiae extra ipsas positae, necessario aut

1) omnes inter se parallelas esse, aut

2) nullam earum parallelam esse uni e reliquis, aut

3) aliquas quidem inter se parallelas esse, alias non.

Iam vero id, quod secundo et tertio loco positum erat, excludere studet, ut itaque primus saltim casus reliquus sit. Nempe tertium quidem casum haud obtinere posse putat: omnes enim rectas, quae alicui tertiae parallelae sint, eo ipso determinatum situm habere: id vero fieri non posse, si earum aliae inter se parallelae esse possint, aliae non. Itaque aut omnes inter se parallelas, aut omnes non parallelas fore. At nec secundum casum locum habere posse, eo enim sumto consequi inde manifesto contradictoria. Quodsi enim sumatur (Fig. 116.), tam AB quam CD parallelas esse rectae EF extra ipsas positae, easque ex hypothesi hic facta inter se parallelas esse non posse, necessario sequi, ut per punctum aliquod I rectae AB duci possit recta GH rectae CD parallela (I. 31. quae ex controverso Ax. 11. non pendet.) Ita tam GH quam

EF parallelas fore rectae CD inter ipsas positae, adeoque ex casu I. parllelas fore inter se. Quum vero etiam CD parallela ponatur rectae EF, ex hypothesi nunc sumta, GH, CD nequire inter se parallelas esse, quod contradicat ei, quod ante sumtum fuerat. Et in hac argumentatione ad casum secundum facta fateor nihil me videre, quod iure reprehendi possit. Ipse autem Hindenburg. aliam adhuc huius casus demonstrationem addit, recta CD circa immotam EF circumvoluta, quam ipse priore adhuc certiorem esse putat, quae vero meo iudicio pluribus adhuc dubiis obnoxia fuerit. Quidquid sit, mihi cardo rei non in hoc secundo casu, sed in tertio, quem ante secundum leviter tantum perstringere visum fuit auctori, versari videtur. Neque enim illud ipsum: rectas, quae eidem tertiae parallelae sint, determinatum situm habere, satis clare expositum est, neque etiam, si id concedatur, inde fluere videtur, non posse harum ita determinatarum rectarum alias inter *se* parallelas, alias non parallelas esse. Cf. Pfleiderer. Thes. inaug. 1782. Th. 14. et Hoffm. Crit. I. St. p. 230. Pariter ex ratione situs theoriam parallelarum derivat Schwab. (Tentamen novae parallelarum theoriae, notione situs fundatae Stuttg. 1801.) et aliquanto brevius in alio libello (Commentatio in primum Elementorum Euclidis librum Stuttg. 1814.). Est nempe ei situs certus modus, quo plura coëxistunt (§. 18. libelli modo citati): angulus planus rectilineus autem diversitas situs duarum rectarum in plano concurrentium §. 26.: rectae autem parallelae sunt, si eundem situm habent, vel si situs unius idem est ac situs alterius §. 27. (Distinguit nempe inter situm et positionem vel directionem.) Duo tandem adiungit axiomata, quorum prius est: si duae rectae habent eundem situm inter se, habebunt situm aeque diversum a situ rectae tertiae. Posterius: si duae rectae habent situm aeque diversum a situ rectae tertiae, habebunt situm eundem inter se. Hinc facile deducuntur propositiones I. 29. I. 28. I. 27. I. 30. ac deinde axioma 11. Denique adstruitur, duas rectas parallelas nec inter se concurrere, et vice versa: si duae rectae ex neutra parte concurrant, esse eas parallelas: denique, rectas parallelas esse aequidistantes, et lineam, quae ab alia recta aequidistet, etiam ipsam rectam esse. Quae omnia satis inter se cohaerere, et e suppositis rite deduci nemo negaverit. At scrupulus restat in ista idea *identitatis* situs *duarum* aut *plurium* rectarum, nec facile concipitur, qua ratione lineae *diversae eundem* situm habere dicantur. Praeterea axiomata praemissa, si usitatis in geometria terminis exprimantur, nihil aliud esse videntur, quam ipsae propositiones I. 29. et I. 28. Cf. Hoffmanns. Crit. I. Th. p. 198. sq. Notandum denique Vermehren. (Versuch die Lehre von parallelen und konvergenten Linien aus einfachen Begriffen vollständig herzuleiten. Güstr. 1816.) ex iisdem fere principiis procedere. Minus tamen exacta videtur eius demonstratio. Sumit enim ut axiomata 1) rectas, quae versus aliquam tertiam eandem directionem habeant, habere eandem directionem inter se, i. e. si consueto more rem exprimas: quae eidem tertiae parallelae sint, parallelas esse inter se, (quod certe Hindenburg. demonstrandum esse putaverat, et quod solum omnino sufficit reliquis demonstrandis). 2) Si duae rectae habeant eandem directionem inter se, et una ad tertiam aliquam inclinetur, inclinari ad eam etiam alteram (i. e. rectam, quae unam e duabus parallelis secet, secare etiam alteram, quod pariter solum sufficiebat, at probandum erat). Ohmius etiam, de quo supra, quum de Ptolomaeo sermo esset, diximus, aliqua ex parte huc pertinet. Alterum iam restat genus eorum, qui superficiem planam infinitam, cruribus anguli in infinitum productis interiacentem characterem magnitudinis anguli constituerent (aut pro mensura anguli sumerent), quo pertinet Bertrand. (Développement nouveau de la partie élém. des Mathém. Vol. I. Préf. p. 21. et Vol. II. P. I. Ch. I. §§. 4. et 12—24.) et Schulz. (Entdeckte Theorie der Parallelen 1784. ac denuo in alio libro: Darstellung der vollkommenen Evidenz und Schärfe seiner Theorie der Parallelen, Königsb. 1786.), quibus adiungi potest Crelle (über Parallelen-Theorieen und das System in der Geometrie, Berlin 1786.), et Lacroix (Elémens de Géom. 1803.). Theoriae Bertrandi et Schulzii Epitomen et Epicrisin ab Hindenburgio, et ex parte a Kaestnero factam continet Promptuarium Lipsiense (Leipz. Magazin für reine u. angew. Mathem. 1786. 3. St. p. 592. sqq.) cum quo conferri meretur Karsten. (Mathem. Abhandl. Nr. 11. §. 52—76.). De Crelle videantur Annales Heidelbergenses (Heidelb. Jahrb. der Literat. 1818. Nr. 54.) de Lacroix Hoffm. Crit. I. Th. p. 81. sq. Schulzium etiam contra varias eius theoriae oppositas obiectiones defendere studuit Gensichen. (Bestätigung der Schulzischen Theorie der Parallelen, und Widerlegung der Bendavidschen Abhandl. über die Parallellinien, Königsb. 1786.). Olim etiam, quod notat Pfleiderer. (Thes. inaugur. 1784. Thes. 6. 7.) fuere, qui angulum pronunciarent esse spatium indefinitum, quod cruribus anguli interiacet, nectendis tamen inde consequentiis penitus abstinuerunt e. g. Schott. in Cursu Mathem. L. I. C. III. Art. II. §. 2. Lamy Elém. de Géom. L. II. Sect. I. Def. 1. Müller. Vorber. zur Geom. C. IV. §. 13. Et Ramus iam Scholar. Math. 1599. p. 145. totam geometriam locis omnibus angulum aut superficiem aut corpus facere dixerat. Cf. etiam Proclus ad I. Def. 8. At hanc rationem nominatim etiam, nec illegitime, ex eadem causa, ob quam longitudinis crurum ratio in ea non haberi debet, reprehenderunt Orontius Frineus Geom. L. I. C. IV. §. 1. Maler. Geometrie u. Markscheidek. C. I. §. 50. Bossut. Traité Elém. de Géom. Not. génér. §. 9. Quidquid sit, ii omnes, quos hac ratione theoriam parallelarum tractasse diximus, in eo consentiunt, ut spatium inter duas parallelas infinite productas contentum pro nihilo aut infinite parvo habendum putent, si comparetur cum spatio inter duo alicuius anguli crura infinite producta contento. Quod ita se efficere posse putant, ut dicant, angulum quemcunque pluribus vicibus iuxta se ipsum poni posse, ita, ut tandem omne infinitum spatium circa aliquod punctum in plano positum expleat aut superet; spatium contra intra duas parallelas contentum si totidem, quot angulus ille, vicibus iuxta se ponatur, semper tamen ad utramque sui partem infinitum patium haud expletum relinquere, unde patere putant hoc inter parallelas contentum spatium pro nihilo habendum esse comparatum cum spatio angulari inter crura infinite producta. His positis deinde axioma 11. Euclidis ita adstruunt. „Quodsi duae rectae (Fig. 117.) AB, CD ab alia recta EF ita secentur, ut anguli interni BGH, DHG simul sumti minores sint duobus rectis, AB, CD productae tandem concurrent. Facile enim patet, angulum DHF maiorem esse angulo BGH, unde, si angulus FHI fiat aequalis angulo BGH, recta HI intra angulum DHF cadet, et parallela erit rectae BG. Iam cum spatium angulare inter crura DH, IH infinite producta contentum ex praecedente infinities maius esse debeat spatio inter parallelas HI, GB infinite productas contento, manifestum est, spatium illud angulare non concludi posse intra terminos huius a parallelis comprehensi spatii i. e. rectam HD necessario tandem limites rectae GB praetergressuram esse, seu duas has rectas inter se concurrere.“ Contra hanc demonstrandi rationem multa praeclare monuerunt Hindenburg. (Allgem. Litter. Zeit. 1785. Nr. 54. et Leipz. Magazin 1786. 3. St. p. 392. sqq.) Karsten. (Mathematische Abhandlungen Nr. II. §. 52—76.) Pfleiderer. (Thes. inaugur. 1784. Thes. 6—18. et Thesaur. inauguralis 1786. Thes. 9. 10.) et Eichler. (de Theoria parallelarum Schulziana Lips. 1786.). Haec monita eo potissimum redeunt: conceptum superficiei angularis non indefinitae sed reapse infinitae haud satis clarum esse, et obstare, quo minus demonstrationes illi innixae possint esse aeque evidentes et apodicticae, ac ulla Euclidea, neque enim spatia infinita dari et construi posse: principia geometrica, quae tantum de quantitatibus finitis valeant, nominatim principium congruentiae ad demonstranda theoremata de spatiis angularibus infinitis non aeque clare et tuto applicari posse: spatia evanescentia et nihilo aequiparanda, si non absolute, tamen relative ad alia nec per se accurate sumi posse, nec unquam demonstrationem rigorosam, sed aliquam tantum ad verum approximationem admittere: aliis evidentibus geometriae principiis v. c. axiomati I. 9. „totum sua parte maius esse“ manifesto vim fieri, et e geometria elementari terminos etiam infinite magni et parvi esse proscribendos.

Longis his disquisitionibus finem tandem faciemus, adiectis duobus recentioribus tentaminibus, quibus rem, et alter certe novis plane ac hactenus intentatis cuniculis (quod vix fieri posse videbatur) aggressi sunt duo viri doctissimi, Wachter. et Thibaut. Wachter nempe, postquam (Zeitschr. für Astron. 1816. P. II. p. 64. sqq.) theoriam parallelarum a Metternich. editam diiudicaverat, eiusque lacunas ostenderat, simul novam methodum breviter indicavit. Postea edito libello singulari (Demonstratio Axiom. Geom. in Euclideis undecimi Gedani 1817.) ex iisdem progressus principiis, alia tamen via ad scopum pervenire conatus est. Nempe priore loco (Zeitschr. für Astron. l. c. p. 76. sq.) ostendit, si duae rectae ab aliqua tertia ita secentur, ut altera earum secanti sit perpendicularis, has rectas, si fieri possit, ut ipse inter se non conveniant, propius semper alteram ad alteram accessuras esse, ita ut una asymptota alterius fieri debeat. His autem sumtis manifestam contradictionem inesse ostendere studuit. Deinde in libello postea edito, re ulterius explicata, ostendere annititur, vel nondum stabilita parallelarum theoria demonstrari posse, per quatuor puncta in spatio proutlibet data (addendum tamen: dum non plura duobus punctis sint in eadem recta, nec plura tribus in eodem plano) superficiem sphaericam, et, quod inde consequatur, per tria puncta in dato plano, modo non in una eademque recta iaceant, circulum describi posse. Tum axioma Euclideum ita demonstrari posse docet. Data quaevis recta AB (Fig. 148.) in punctis A, B terminata in C bifariam secetur, et ex puncto C recta CD, rectae AB ad perpendiculum ducatur. E punctis A, B ducantur in eodem plano cum AB et CD rectae AE, BF, datae AB ad quemvis angulum recto minorem insistentes (ita nempe, ut sit angulus CAE=CBF). Ex puncto C aliae rectae CG, CH illis AE, BF ad perpendiculum normentur, quae hasce in punctis G, H secent. Producantur CG, CH usque ad I, K, ita, ut sit CI=2CG, CK=2CH, quo facto tribus punctis C, I, K circulus circumscribi potest, cuius centrum, ut quidem ex constructione perspicitur, in recta CD ipsius punctum intersectiohis cum recta AG vel BH efficit." Ita quidem ille non necessitatem tantum intersectionis istarum rectarum, sed constructionem exhibere tentat, qua ipsum intersectionis punctum inveniatur. Et illud certum videtur, siquidem sine parallelarum theoria probari possit, posse per tria quaecunque puncta non in eadem recta sita circulum describi; nihil iam difficultatis superfuturum. At, ut verum fateamur, quae Wachterus attulit, quamvis ingeniosa sint, valde tamen dubitamus, an in elementis ita proponere liceat: quin in ipsa etiam demonstratione multa adhuc subobscure dicta videntur, quae subinde quidem promittit auctor se ad summam evidentiam adducturum, aut asserit, facillime ea demonstrari. Antequam autem se ea fide liberarit, nostrum de argumentatione ista iudicium suspendere liceat.

Thibaut autem in libro, cui titulum fecit: Grundrifs der reinen Mathematik, Gött. 1818. in eo cum Wachtero convenit, ut earum propositionum, quae ex parallelarum theoria consequuntur, aliquam immediate adstruere tentet, et deinde ordine inverso ab huius demonstratione ad parallelarum theoriam procedat. Ita nimirum ratiocinatur ad I. 32. immediate demonstrandam. Sit (Fig. 119.) triangulum quodcunque ABC, et sumto in latere CA ultra A producto puncto quocunque b' recta Ab' circa A convertatur, usquedum punctum b' in punctum β' rectae AB cadat. Deinde recta Aβ' in recta AB promoveatur, usquedum punctum A cum puncto B coincidat, et β' in b'' cadat. Denuo recta Bb'' circa B convertatur, dum b'' in punctum β'' rectae BC cadat, et iam recta Bβ'' in recta BC descendat, dum punctum B cum puncto C coincidat, et β'' in b''' cadat. Denique recta Cb''' circa C convertatur, dum b''' in punctum β''' rectae CA cadat. Quo facto patere ait, rectam Ab' conversam fuisse tribus vicibus, atque tribus his gyrationibus, dum iterum cum recta CA, in qua primum posita erat, coincideret, angulos tres externos trianguli descripsisse. At, cum iisdem gyrationibus recta Ab' in rectam CA, in qua primum posita erat, iterum redierit (poterat nempe Cβ''' adhuc in CA promoveri, ita ut C cum A et β''' cum b' coincideret), adeo-quae omnes angulos, qui circa unum punctum A esse possunt, i. e. quatuor rectos emensa sit, patere, omnes angulos externos trianguli cuiuscunque aequales esse quatuor rectis. Quum vero anguli externi trianguli cum angulis internis simul sumti aequales sint sex rectis (I. 15. Cor.) anguli interni soli aequales erunt duobus rectis. Atque hinc Ax. 11. facile deduci potest. Et haec quidem satis speciose. Liceat tamen observare, dum recta $A\beta'$ in AB promoveatur, ita ut punctum A cum puncto B coincidat, rectam Ab', angulo β'Ab' invariato, in situm Bd pervenire, ita, ut Bd sit parallela rectae Ab' vel CA (I. 28.). Iam vero, quum recta $B\beta''$ in BC promovetur, usquedum B cum C coincidat, recta Bd invariato angulo $dB\beta''$ simul descendet, et ut certi simus, rectam Ab' facta adhuc tertia gyratione ac C nec plus, nec minus iis angulis absolvisse, qui circa unum punctum sunt, demonstrari oportebit, rectam Bd, postquam ad C descenderat, in ipsam rectam CA *cadere*. Quod tum demum certum erit, si demonstratum ante fuerit, angulum $dB\beta''$ aequalem esse angulo β''Cb' i. e. si I. 29. ante demonstrata fuerit. At I. 29. pendet ex Ax. 11: itaque haud vicissim Ax. 11. ex Thibautii demonstratione propositionis I. 32. derivari poterit.

Caeterum alios etiam, quamvis aliis rationibus, at hactenus non feliciori successu tentasse I. 32. immediate adstruere, et exinde parallelarum theoriam demonstrare, supra iam diximus; quo pertinent Hauff. (Geom. Fundam. solida Gandae 1819.) et le Gendre. Et de hoc quidem, praeter ea, quae supra diximus, cf. Biblioth. Univers. Oct. 1819., ubi auctor anonymus partes le Gendre. suscepit, eumque contra Iohn. Leslie, qui in Elém. of Geom. Edinb. 1817. ipsum reprehenderat; et contra alium geometram Anglum, nescio an satis feliciter, defendere tentavit.

Excussis iam tot et tam variis hac in re conaminibus, in quibus omnibus aliquid adhuc desiderari posse fassi sumus, iniqui tamen fuerimus, si negare velimus, eorum auctores multa subtiliter admodum rimatos esse, et magna perspicaciae atque acuminis specimina dedisse, et miram quaestionis simplicitatem, quae vix permittat, ut ea in simpliciora adhuc resolvi et quasi extenuari possit, maxime in causa esse, cur rem acu tangere nondum contigerit. Neque tamen haec ipsa molimina prorsus inutilia fuisse censenda sunt. Multa enim vel ipsi illi novae alicuius parallelarum theoriae conditores, vel ii etiam, quos nacti sunt, adversarii ingeniose observarunt, quibus doctrina mathematica augeretur; et limitibus certae ac omnibus numeris absolutae scientiae accuratius, ac ante factum, definitis, quam modeste de nostris viribus iudicandum sit, hoc etiam exemplo comprobatum est. Caeterum eam axiomatis controversi *illustrationem*, quam post Wallisium Kaestnerus aliique dederunt, tironibus sufficere posse confidimus.

EXCURSUS II.

AD

ELEMENTORUM

I. 47.

1) Quamvis, quae una aliqua ratione certa esse demonstratum est, multiplicato demonstrationum numero nequeant certiora fieri, unde etiam plures eiusdem theorematis demonstrationes, ne nimii fiamus, plerumque afferre noluimus, in hoc tamen celebratissimo theoremate ab ista regula paululum discedere, et ex iis, quae maxime notatu digna a variis Mathematicis circa eius demonstrationem excogitata esse vidimus, nonnulla certe maxime simplicia seligere, et breviter huc conferre visum fuit. Pleniorem variorum hoc problema demonstrandi conanimum historiam dederunt, ipsasque potiores demonstrationes exhibuerunt Scherz. in Dissertat. de Theoremate Pythagorico Argentor. 1743 et Ietze. pariter in Dissertat. Academ. Praeside Lang. edita Halae Magdeb. 1752, quos secuti sunt Hoffmann.: der Pythagor. Lehrs. mit 32 theils bekannten, theils neuen Beweisen Mainz 1819, et Müller: System. Zusammenstell. der wichtigen bisher bekannten Beweise des Pythag. Lehrsatzes u. s. w. Nürnberg 1819. Et Scherz. quidem et Müller. historiam theorematis ab antiquissimis inde temporibus repetunt, Ietze. et Hoffmann. varias, quae quadrata cathetorum, vel hypotenusae inter se habere possunt, positiones distinguunt, atque inde varias his casibus accommodatas demonstrationes derivant. Praeter Euclidis itaque demonstrationem, quam primam vocabimus, veritas theorematis etiam adstrui poterit, ut sequitur.

2) Sit (Fig. 120.) triangulum ABC ad B rectangulum, et constituantur super cathetis AB, BC quadrata ABGF, BCDE, et producantur rectae DE, FG, donec in L — pariterque rectae EC, GA, donec in K conveniant, quod necessario fiet (I. 29. Cor. 5.), eruntque ex Constr. EK, GL, pariterque EL, KG parallelae, adeoque GKEL parallelogrammum in E rectangulum, et quum sit EK=AD (I. 34.) =AB+BC, pariterque LE=FC (I. 34.) =FB+BC=AB+BC, erit EK=LE, adeoque GLEK quadratum (I. 29. I. 34. I. Def. 30.). Iam, si sumatur EH=KC=AB (unde erit LH=CE=BC), pariterque sumatur LI=KC=AB (unde erit IG=CE=BC), et ducantur rectae AI, CH, IH; erit AIHC quadratum hypotenusae. Nam, quum EH=KC (ex Constr.), EC=CB (ex Constr.) =AK (I. 34.) et angulus HEC=AKC ex constr.; erit (I. 4.) triangulum HEC=CKA, et nominatim HC=CA, et angulus CHE=ACK, et HCE=CAK. At, quum CHE+HCE= recto (I. 32.), erit etiam ACK+HCE= recto, unde ACH erit rectus (I. 13. Cor. 2.). Eodem modo ostenditur, esse triangulum HLI=CEH=AKC=IGA=CBA, et HI=HC=AC=AI, et angulum HIA rectum, pariter ac IAC, IHC. Erit itaque AIHC quadratum hypotenusae AC (Def. 30.). Et est hoc quadratum, additis quatuor triangulis rectangulis CKA, HEC, ILH, AGI aequale quadrato GLEK. Pariter autem quadrata ABGF, BCDE, additis duobus rectangulis ABCK, BFLD aequalia sunt quadrato GLEK. Adeoque, quum triangula CKA, HEC, ILH, AGI simul aequalia sint rectangulis ABCK, BFLD, erunt quadrata ABGF, BCDE simul sumta aequalia quadrato AIHC. Ad hoc ipsum fere redit demonstratio Henrici Boad. in geometria Londini 1733. edita, ut refert Klügel. (Mathemat. Wörterb. Artik.: Pythagor. Lehrs. III. Th. p. 932. sqq.) et ea, quam habet Thom. Simpson. Elem. of Geom. p. 33. pariterque ea, quam dedit Winkler. Institut. Mathem. Physic. Geom. §. 363. Scherz. Demonstr. 5. et 6., Müller. Demonstr. 1. et Demonstr. 5. apud Develey Elem. de Géom. L. IV. Ch. III. §. 41. Denique patet quadrato hypotenusae ex altera

parte rectae AC constituto, eandem demonstrationem locum habere. Cf. Schmid. Elem. der Form und Gröfse p. 344. Similem demonstrationem ad varias positiones, quae quadrata in Theor. Pythagor. habere possunt, applicat Hoffm. l. c. Dem. 9—16.

3) Sit triangulum (Fig. 121.) ABC ad B rectangulum, et constituantur ut ante super cathetis quadrata ABGF, BCDE, et producantur rectae GF, ED, donec in L conveniant (I. 29. Cor. 5.) ductaque LB cum hypotenusa conveniat in M, eique parallelae agantur rectae AI, CH, quae rectis EL, GL occurrant in punctis H, I, denique iungatur HI. Iam, quum parallelae sint AB, GF (I. 28.) i. e. AB, IL, pariterque ex Construct. AI, BL, erit AIBL parallelogrammum (Def. 36.), adeoque rectae parallelae AI, BL aequales erunt (I. 34.). Eodem modo ostenditur, etiam CH, BL aequales ac parallelas esse. Unde AI, CH aequales (I. Ax. 1.) et parallelae (I. 30.) erunt. Hinc etiam AC, HI aequales ac parallelae sunt (I. 33.). Praeterea, quum BD = BC (I. Def. 30.), pariterque DL = BF (I. 34.) = AB, et angulus BDL, utpote rectus (I. 13.) aequalis sit angulo ABC, erit etiam (I. 4.) BL = AC, et BLD = BAM. Unde, quum sit BL = AI = CH, et BL = AC = HI, erunt AI, CH, AC, IH inter se aequales. Denique, quum sit LBD = BAI (I. 29.) et, uti modo vidimus, BLD = BAM, erit LBD + BLD = BAI + BAM = IAM: at LBD + BLD = angulo recto (I. 32.), adeoque IMA erit rectus, unde omnes anguli parallelogrammi ACHI erunt recti (I. 34. Cor. 10.), adeoque, quum etiam latera aequalia sint, ACHI erit quadratum hypotenusae (I. Def. 30.). Est autem quadratum ABGF = parallelogrammo ABIL (I. 35.) = rectangulo AIMN (I. 35.), pariterque quadratum BCDE = parallelogrammo BCLH (I. 35.) = rectangulo CHMN (I. 35.). Itaque quadrata ABGF, BCDE cathetorum simul sumta aequalia erunt rectangulis AMIN, CHMN simul i. e. quadrato hypotenusae. Cf. Müller., qui l. c. Dem. 7. hanc demonstrationem, quam ex Clavio repetit, omnium hactenus cognitarum simplicissimam et praestantissimum iudicat. No-

tandum est, simili constructione ac demonstratione theorema longe generalius exhiberi posse. Nempe, si super duobus lateribus AB, BC trianguli cuiuscunque constituantur parallelogramma quaecunque ABGF, BCDE, et producantur rectae GF, ED, donec in L conveniant, iunctaque LB cum tertio latere ipso vel producto in M conveniat, et rectae LB parallelae ducantur AI, CH, quae rectis GL, EL in punctis, I, H occurrant, denique iungatur IH: erit ACHI parallelogrammum, quod, si punctum M in ipsam AC cadat, summae parallelogrammorum ABGF, BCDE sin in AC productam cadat, differentiae earum aequale erit. Huius propositionis partem potissimam habet Pappus Collect. Mathem. IV. 1. cf. Castillon. Mem. de l'Acad. de Berlin. 1766. p. 345. Clavius p. 88. Gilbert. die Geometrie nach le Gendre etc. p. 298. Klügel. Encyclop. II. Th. Müller. l. c. p. 79.

4) Multum cum praecedente similitudinis habet sequens demonstratio, nisi quod quadratum hypotenusae ex opposita parte describitur. Constructis (Fig. 122.) super AB, BC, AC quadratis ABGF, BCDE, ACKM producantur MA, KC, usquedum rectis EL, GL in H, I occurrant, et, quum angulus ACK rectus sit (I. Def. 30.) rectus erit ACH (I. 13.), at rectus est etiam BCE (I. Def. 30.), unde, si dematur communis BCH, erit ACB=HCE (I. Ax. 3.). Et, quum praeterea BC=CE, et angulus ABC, utpote rectus, = recto CEH (I. Def. 30.), triangulum ABC aequale est triangulo HEC (I. 26.), et nominatim HC=AC=CK. Eodem modo ostenditur, triangulum ABC aequale esse triangulo AGI, et nominatim esse AI=AC=AM. Ducta deinde BL, erit, ob BD=BC, DL=BF=AB, et angulum BDL=ABC, etiam triangulum BDL=CBA (I. 4.), et angulus BLD=BAC=CHE, itaque LB parallela erit rectae HC (I. 28.), adeoque, si LB producatur, dum secet rectas AC, MK in N, O, erit LB perpendicularis ad AC, MK (I. 29.). Et ob AI=AM, rectangulum AMNO aequale erit parallelogrammo ABIL (I. 36.) = quadrato ABGF (I. 35.), pariterque rectangulum KCNO aequale parallelogrammo BCLH (I. 36.) = quadrato BCDE (I.

35.) Itaque quadratum ACKM=ABGF+BCDE simul. Hanc demonstrationem habet Scherz., estque apud ipsum nr. XI. Eadem etiam utitur Thom. Simpson. Elem. of Geom. p. 34. Müller. Dem. 14.

5) Pariter cum praecedente §. 3. similitudinem habet, et satis facilis es ea, quae sequitur, demonstratio. Constructis, ut ante (Fig. 123.) quadratis ABGF, BCDE, erigantur in A, C, rectae AI, CH ad AC perpendiculares, et producantur, usquedum cum rectis GF, DE ipsis, aut productis in I, H conveniant, quod necessario fiet (I. 29. Cor. 3.), et iungatur HI, eritque angulus GAB=IAC, quia uterque rectus est, unde, demto communi IAB, erit angulus GAI=BAC (I. Ax. 3.), et, quum etiam angulus AGI=ABC, et AG=AB (I. Def. 30.), erit (I. 26.) AI=AC. Eodem modo ostendetur, esse CH=AC, unde etiam AI=CH (I. Ax. 1.), et, quum praeterea AI parallela sit rectae CH (I. 28.), erunt etiam HI, AC aequales et parallelae (I. 34.) et ACIH erit quadratum hypotenusae (I. 30.). Et quum triangulum ABI, et quadratum ABGF in eadem basi, et in iisdem parallelis sint, erit quadratum ABGF duplum trianguli ABI (I. 41.): eadem ratione, si per B ducatur recta NBM parallela rectae AI, erit rectangulum AIMN duplum trianguli ABI (I. 41.), unde quadratum ABGF aequale est rectangulo AIMN (I. Ax. 6.). Simili modo ostenditur, esse quadratum BCDE aequale duplo triangulo BHC i. e. rectangulo NMHC. Totum itaque quadratum ACIH aequale est duobus quadratis ABGF, BCDE simul. Hanc demonstrationem habent Clavius (Euclid. Elem. 1591. p. 85.), Sturmius (Mathes. enucleat. p. 32.), Coetsius (Euclid. Elem. 6. libri prior. 1692. p. 140.), Scherzius l. c. demonstr. III., Ietze l. c. demonstr. XIII., Müller demonstr. 5., Hoffmann. demonstr. 5. Sturmius observat, triangula AGI, HCE ita considerari posse, quasi triangulum ABC circa punctum A vel C conversum in situm pervenisset, quem habent haec triangula.

6) Clavius ibid. et ex eo Ietze l. c. Dem. II., et Müller. Dem. 6. afferunt adhuc hanc demonstrationem. Constructis,

ut ante (Fig. 124.) quadratis ABGF, BCDE, et figura ACIH, quae eodem modo demonstratur esse quadratum hypotenusae AC, ducatur per G recta GKML, parallela rectae AC, quae rectis AI, CF, CH occurrat in punctis K, M, L, pariterque per E recta EQPON parallela rectae AC, quae cum rectis AI, AB, BC, CH in punctis N, O, P, Q conveniat, et ostendetur, ut nr. 5. esse triangula AGI, ABC aequalia, et nominatim GI=BC, vel ob BC=CE, etiam GI=CE. Et, quum praeterea ex constructione GK, EQ, rectae AC parallelae sint, erunt parallelae inter se (I. 30.), et pariter ac AC cum AI, CH rectos angulos efficient (I. 29.). Et, quum pariter rectae GI, EC parallelae sint, erit angulus IGK=CEQ (I. 29. Cor. 5.). Denique anguli ad K et Q recti sunt, erit itaque (I. 26.) triangulum GKI=EQC, et nominatim IK=CQ. Et quum etiam IH=AC (I. 34.), erit rectangulum IKHL=ACNQ (I. 34. Cor. 21.). Est autem ACNQ=ACOE (I. 35.)=BCDE (I. 35.). Itaque quadratum ABGF= parallelogrammo AGMC (I. 35.)=rectangulo ACKL (I. 35.) Itaque quadrata BCDE, ABGF simul aequalia sunt rectangulis IKHL, ACKL simul i. e. quadrato ACHI.

7) Aliam demonstrationem admodum concinnam habet Müller. l. c. Dem. 15. Cf. eiusdem mathem. kritische Bearbeit. des ersten Buchs der Elemente; et Tempelhof. Geometrie für Soldaten etc. Constructis (Fig. 125.) super lateribus trianguli ABC in B rectanguli quadratis BCDE, ABFG, ACMK, constituatur super MK triangulum MIK ita, ut MI=BC et KI=AB, unde ob MK=AC, erit triangulum MIK= triangulo CBA (I. 8.), eidemque triangulo CBA, ducta recta FD, aequale erit triangulum DBF (I. 8.). Porro ducatur recta GB, quae efficiet angulum GBA semirectum (I. 5. et I. 32.), adeoque (Obs. ad I. 15.) in directum erit cum ducta BE, quae angulum DBE ex iisdem rationibus semirectum efficit. Denique ducatur recta BI. Iam, ut breviter dicamus, omnis demonstratio eo redit, ut ostendatur, utrumque quadrilaterorum BAMI, IKCB aequale esse alterutri quadrilaterorum GFDE, GACE, quod, quum tria latera, quae aequalia sunt lateribus

trianguli ABC, et anguli, quos illa latera comprehendunt, utrimque eodem ordine aequalia sint, adeoque figurae congruant, facillime probatur. Ablatis deinde a duobus quadrilateris BAMI, IKCB triangulis MIK, CBA, pariterque a duobus quadrilateris GFDE, GACE, triangulis DBF, CBA relinquetur quadratum ACKM aequale quadratis BAGF, BCDE simul.

8) Aliam demonstrationem ab Euclidea haud multum diversam, nisi quod hic integra parallelogramma adhibentur, ubi Euclides usus fuit saltim triangulis, quae dimidia erant horum parallelogrammorum, habet Scherz. l. c. Dem. XII. Müller. Dem. 13. Constructis nempe (Fig. 126.) quadratis ABFG, BCDE, ACKM, ducantur EH, GL parallelae rectae AC, BO parallela rectae AM, KI parallela rectae BC, eritque iuncta MI parallela rectae AB. Quum enim ex Constr. BCKI sit parallelogrammum, erit KI = BC, et quum KI parallela sit rectae BC ex Constr. et MK parallela rectae AC (I. 27.) erit angulus MKI = ACB (I. 29. Cor. 5.): est autem etiam MK = AC (I. Def. 30.), quare (I. 4.) angulus KMI = CAB. Quum vero etiam sint AMK, PAC aequales, ut recti, aequales erunt (I. Ax. 3.) PAB, AMI, adeoque AB, MI erunt parallelae (I. 28.). Est autem quadratum ABGF = parallelogrammo ACGL (I. 35.). Parallelogrammum ACGL autem = parallelogrammo ABMI (I. 34. Cor. 21.), est enim GA = AB, AC = AM, et angulus GAC = BAM; denique ABMI = rectangulo AMNO (I. 35.), adeoque quadratum ABGF = rectangulo AMNO. Eodem modo ostenditur, esse quadratum BCDE aequale rectangulo CNOK, quare quadrata ABFG, BCDE simul aequalia erunt quadrato ACKM.

9) Aliam satis simplicem theorematis nostri demonstrationem habet Ietze., quae apud ipsum est octava, et ita habet. Construantur (Fig. 127.) super lateribus AB, BC trianguli in B rectanguli, versus partem hypothenusae AC, quadrata BCDE, ABFG, et producatur FG ad M, donec fiat GM = BC, ducaturque AM. Erit itaque, quum AG = AB (I. Def. 30.), GM = BC ex Constr. et angulus AGM, utpote rectus,

=ABC, et (I. 4.) AM=AC, et MAG=BAC, adeoque, addito communi CAG (I. Ax. 2.) MAC=GAB= recto. Ducatur iam MK parallela rectae AC, et CK parallela rectae AM (I. 31.), eruntque MK=AC=AM=CK (I. 34.) et anguli figurae AMCK omnes recti (I. 34. Cor. 10.), unde ACMK erit quadratum hypotenusae. Conveniet autem DE, si opus est, producta, cum recta FG in O (I. 29. Cor. 3.), iungatur OK, eruntque DO, OK in directum. Nam, quum parallelae sint rectae EC, GF (I. 28.), erit DOF=DEC (I. 29.) = recto (I. Def. 30.). At sumtum fuit GM=BC=OF, adeoque erit OM=FG=AB, et ostensa fuit MK=AC, et angulus AMK rectus =AMG+MAG, unde, demto communi AMG, erit OMK=MAG=BAC: itaque (I. 4.) triangulum MOK=ABC, et nominatim angulus MOK=ABC= recto, et OK=BC. At, quum DOF, ut vidimus, rectus sit, DO, OK erunt in directum (Obs. ad I. 15.). Ducatur BO, et producatur, dum cum recta MK conveniat in P; et quum sit OK aequalis et parallela rectae BC, erit etiam BO parallela rectae CK (I. 33.), adeoque BO erit perpendicularis ad AC, MK (I. 29.). His praemissis, erit quadratum BCDE = parallelogrammo BCOK (I. 35.) = rectangulo NCKP (I. 35.): eodemque modo quadratum ABGF = parallelogrammo AMBO (I. 35.) = rectangulo AMNP (I. 35.), adeoque quadrata BCDE, ABGF aequalia rectangulis NCKP, AMNP simul, i. e. quadrato ACMK.

10) Constructis omnibus, ut ad Nr. 5. eodem modo, ut ad Nr. 5. (Fig. 128.) ostendetur, esse ACHI quadratum hypotenusae AC, et triangulum AGI esse aequale triangulo ABC. Pariterque, ob AC=CH, CB=CE (I. Def. 30.) et angulos ad B, E rectos, erit (I. 4.) triangulum ABC=HEC, unde, addito communi BLC, erit triangulum ACL=HEC+BLC i. e. =BCDE+HLD. Est autem, ob HE=AB=GF, et DE=BC=GI, etiam (I. Ax. 3.) HD=IF, et quum praeterea sit angulus FIK=GAI (I. 32.) =BAC=LHD, et anguli ad F et D recti sint, erit (I. 26.) triangulum IFK=HLD. Itaque triangulum ACL = quadrato BCDE addito

triangulo IFK. Denique, quum sit HC=AC, angulus HCK =CHE (I. 29.) =BAC, et angulus CHK rectus, adeoque =ACH, erit triangulum CHK = triangulo ACL, adeoque, demto communi BCL, HLBK=△ABC=△AGI. Itaque △ACL+HLBK+ABKI=BCDE+IFK+AGI+ABKI i. e. quadratum ACHI = quadratis BCDE, ABFG simul. Hanc demonstrationem habet Gregorius a St. Vincentio in opere geometrico de circuli quadratura L. I. P. II. Prop. XLIII. p. 30. Convenit cum ea, quam Schooten Andreae ab Oudtshorn. tribuit. Cf. Scherz. l. c. Dem. 10; Müller. Dem. 9.

11) Construatur (Fig. 129.) super BC quadratum BCDE, sumtaque DF=AB, constituatur super DF quadratum FDGI, quod (ob DF=AB) aequale erit quadrato ex AB (I. 46. Cor.), eruntque (ob angulos rectos BDE, FDG) ED, DG in directum (I. 14.). Deinde ducatur recta AI, eritque, ob DF=BA (ex constr.), si auferatur communis BF, AF=BD=BC. Et, quum sit FI=FD=AB, erit (I. 4.) AI=AC, et angulus FAI=ACB, adeoque FAI+FAC=ACB+FAC= angulo recto (I. 32.). Si deinde per C ducatur CH parallela rectae AI, quae cum recta EG conveniat in H, et iungatur HI, erit ACHI quadratum hypotenusae. Nam, quum ex constr. sit CH parallela rectae AI, et CAI=FAI+FAC= angulo recto, erit ACH rectus (I. 29.), adeoque ACH=BCE (I. Def. 30.), vel, demto communi BCH, erit ACB=HCE (I. Ax. 3.). Et quum praeterea sit CB=CE (I. Def. 30.) et ABC=CED (I. Def. 30.), erit (I. 26.) CH=CA=AI, et triangulum CEH=CBA. Quum itaque CH, AI sint aequales et parallelae, erunt etiam AC, HI aequales et parallelae (I. 33.), adeoque etiam angulorum AIH, CHI uterque rectus est (I. 29.) et ACHI quadratum hypotenusae AC. Hoc autem quadratum aequale est quadratis FG, BE simul. Habet enim cum iis communia spatia IFKH, CBK, et triangulum ABC ostensum fuit aequale esse triangulo HEC, pariterque triangulum AFI aequale erit triangulo HGI (I. 4.) ob AI=IH, IF=IG, et angulos AIH, FIG rectos, adeoque, demto communi FIH, angulum

AIF=HIG. Hanc demonstrationem, quam ad Schootenium refert, habet etiam Christ. Sturmius Math. enuncl. p. 31. et Develey. Elem. de Géom. L. IV. Ch. III. No. 42. Dem. 4.

12) Reliquis constructis et demonstratis ut nr. 10. ducatur (Fig. 130.) per H recta HM parallela rectae BD (quo itaque angulus HMK rectus efficitur) et per L recta OLN parallela rectae BC, et ostendetur, ut No. 10. esse triangulum AGI=ABC, pariterque triangulum IFK=HLD=LOH (I. 34.). Praeterea autem est LDEN=LBMO (I. 43.) et triangulum CNL=KMH (I. 26.): est enim HM=BD (I. 34.) =DE (I. Def. 30.) =LN (I. 34.), angulus M=N (I. Def. 30.), et angulus KHM=EHC (quia, addito communi MHC, utrimque rectus prodit) =NLC (I. 29.). Totum igitur quadratum ex AC= quadratis ex AB, BC simul. Hanc demonstrationem habet Coëtsius p. 158. sqq.

Caeterum, omissis pluribus aliis demonstrationibus, quae habentur apud Coëtsium, Scherzium, Ietzium, qui viginti tres habet, Hoffmannum, qui triginta duas exhibet, Müllerum, aliosque, addimus adhuc nonnullas alias, quae, quamvis nitantur propositionibus ab Euclide posthac demum demonstrandis, vitio tamen logico, quod circulum in demonstrando vocant, minime laborant, quod nempe eae, quibus nostrae hae innituntur, propositiones non vice versa ope theorematis Pythagorici, aut aliorum ab eo pendentium theorematum, sed ita potius demonstrari possunt, ut, si quis velit, ea ante I. 47. ponere possit. Huc pertinet

13) Haud inelegans demonstratio Coëtsii p. 148. sqq. et Sturmii in Mathesi enucleata p. 185., quam etiam habet Scherz. Dem. 7., Müller. Dem. 3., et Ietze. Dem. XV., qui eandem etiam prolatam dicit ab Hombergero Franco in Dissertatione de Magistro Matheseos, Witemberg, 1701. Praeside Feuerlein. edita. Ea huc fere redit. Triangulum rectangulum ABC aut aequicrurum erit, aut non. Sit 1) aequicrurum, et constructis (Fig. 131.) quadratis BG, BE, ducantur diametri AF, CD, et iungantur FD, eritque ACFD quadratum hy-

potenusae. Nempe $\triangle\triangle$ABC, ABF, CBD, FBD aequalia sunt (I. 4.), adeoque AC$=$AF$=$CD$=$FD, et ob angulos aequales et semirectos (I. 32. Cor. 7.) BAC$=$BCA$=$BCD$=$BDC$=$BDF$=$BFD$=$BFA$=$BAF, anguli FAC, ACD, CDF, DFA recti sunt, et figura ACDF est quadratum (I. Def. 30.). Et, quum triangula ABC, ABF, CBD, BFD aequalia sint, quodvis eorum quarta pars est quadrati ACFD. At triangulum ABF est pars dimidia quadrati AG (I. 34.), et triangulum CBD pars dimidia quadrati BE vel quadrati AG: itaque quadrata AG, BE simul aequantur quadrato ACFD. (Hinc, ut hoc obiter notemus, deducitur, in quovis triangulo, rectangulo isosceli quadratum hypotenusae quadruplum esse trianguli propositi.). Sit vero 2) (Fig. 132.) triangulum ABC ad B rectangulum non aequicrurum, sed AB$>$BC, et a) facile demonstrabitur, quadratum hypotenusae superare triangulum ABC quater sumtum quadrato, quod fit a differentia reliquorum laterum, seu, quod idem est, quadratum hypotenusae esse aequale triangulo proposito quater sumto, una cum quadrato differentiae reliquorum laterum. Nempe, constructis quadratis BG, BE, producantur rectae AG, EC, donec in K conveniant, deinde, constructo super AC quadrato ACHI, ducatur ILN parallela rectae CK (I. 31.) et HNM parallela rectae GK, eritque angulus IAL$+$KAC utpote rectus (I. Def. 30.) $=$KCA$+$KAC (I. 32.), adeoque IAL$=$KCA, et, ob angulos L, K rectos, et AI$=$AC, est triangulum IAL $=$ACK (I. 26.). Eodem modo ostendetur, aequalia esse omnia triangula ACK, IAL, HIN, CHM, CAB. Praeterea, quum sit KL$=$AL$-$AK$=$CK$-$AK$=$AB$-$BC, et eodem modo LN$=$NM$=$KM$=$AB$-$BC, et anguli K, L, N, M, recti, erit KLMN quadratum differentiae AB$-$BC, adeoque quadratum ACHI $=$ triangulo ABC quater sumto, una cum quadrato differentiae laterum AB, BC, vel, quod eodem redit, quadratum ACHI aequale est duplo rectangulo sub AB, BC una cum quadrato differentiae horum laterum. Iam vero b) ex II. 7. sumere licet, quadratum differentiae laterum AB, BC aequale esse quadratis ex AB, BC, demto duplo rectangulo sub AB, BC. Itaque quadratum ACHI aequale erit quadratis ex AB, BC.

Aliae adhuc demonstrationes nituntur doctrina de proportionibus et figurarum similitudine, quam pariter certum est, sine ope theorematis Pythagoraéi adstrui et posse et solere. Huc pertinet

14) Sequens demonstratio. Constructo (Fig. 133.) super hypotenusa AC trianguli ABC ad B rectanguli quadrato ACMK, ducatur BNO parallela rectae CK, eritque BN perpendicularis ad AC (I. 29.), itaque similia erunt triangula ABC, ANB, BNC (VI. 8.) unde erit AC : AB = AB : AN (VI. Def. 1.) adeoque quadratum ex AB = rectangulo ex AC, AN (VI. 17.) i. e. rectangulo $ANOM$: pariterque $AC : BC = BC : CN$ (VI. Def. 1.), adeoque quadratum ex BC = rectangulo ex AC, CN (VI. 17.) i. e. rectangulo $CNOK$. Quadrata igitur ex AB, BC simul aequalia erunt rectangulis AO, NK simul i. e. quadrato ex AC.

Haec demonstratio est apud Scherzium XIV., et Coëtsius ea utitur in scholio ad VI. 17. Eandem demonstrationem habet Develey. Elém. de Géom. L. IV. Ch. III. Th. 9. Müller. Dem. 16. Hoffmann. Dem. 26. Caeterum eodem ea redit, quo illa, quam a Grusonio exhibitam esse diximus in I. 41. Cor. 6., nisi quod Grusonius rem sine consideratione proportionum ac figurarum similium expedit.

15) Paullo aliter similis demonstratio ita sisti poterit. Triangulum ABN (Fig. 133.) erit ad triangulum ABC, ut ABq ad ACq (VI. 19.), et triangulum BNC ad triangulum ABC, ut BCq ad ACq (VI. 19.). Hinc $\triangle ABN + \triangle BNC : \triangle ABC = AB\text{q} + BC\text{q} : AC\text{q}$ (V. 24.). Atqui $\triangle ABN + \triangle BNC = \triangle ABC$, itaque $AB\text{q} + BC\text{q} = AC\text{q}$ (V. Def. 5.). Hanc demonstrationem habet Bézout. Elém. de Géom. Hoffmann. Bew. 27.

16) Brevior adhuc erit sequens demonstratio. Quum ex VI. 31. in triangulo rectilineo figura quaecunque rectilinea super hypotenusa descripta aequalis sit duabus similibus et similiter descriptis figuris super cathetis, nominatim idem

valet de quadratis, quippe quae sunt figurae rectilineae similes (VI. Def. 1.). Haec demonstratio ultimo loco habetur apud Scherzium l. c. et Ietze. l. c. et apud Coëtsium in scholio 2. ad VI. 31.

17) Finem his demonstrationibus faciat sequens, quae est apud Ietzium 20., et quam ille ad Ioann. Ioachim. Langium Mathes. Prof. Halensem refert. Sit (Fig. 134.) triangulum ad B rectangulum, super hypotenusa AC construatur quadratum $ACHI$ (I. 46.), et centro C radio CA describatur semicirculus LAM, eritque $LB = LC - BC = AC - BC$, et $BM = CM + BC = AC + BC$. Sumta deinde $CE = BC$ (I. 3.) construatur super CE quadratum $CEFD$, quod itaque aequale erit quadrato ex BC, eritque $DH = CH - CD = AC - BC$, pariterque $AE = AC - CE = AC - BC$. Producatur EF, dum cum recta IH conveniat in G, eritque $GI = AE$ (I. 34.) $= AC - BC = DH$. Denique producantur AI et EG ad N et K ita, ut $IN = GK = GH = CE = BC$, et iungatur NK, eritque $IGNK$ rectangulum (I. 33. et 34.), idque $=$ rectangulo $FGHD$ (I. 34. Cor. 21.) quia $FG = IG$, et $GK = GH$. Quadratum igitur $ACHI$ aequale est quadrato $EFDC$ simul cum rectangulis $AEGI$, $FDGH$ i. e. quadrato ex BC una cum rectangulo $AENK$. Hoc ipsum rectangulum autem continetur sub rectis $AE = AC - BC$, et $AN = AI + IN = AC + BC$; itaque quadratum hypotenusae AC aequale est quadrato unius catheti BC, una cum rectangulo, quod continetur sub summa huius catheti et hypotenusae $(AC + BC)$, et sub differentia earum $(AC - BC)$. At, ductis rectis AL, AM angulus in semicirculo rectus erit (III. 31. quae non pendet a I. 47.), adeoque (VI. 8.) erit $LB : BA = BA : BM$, i. e. $AC - BC : BA = BA : AC + BC$, ac proinde (VI. 17.) $BAq = (AC - BC) \times (AC + BC)$. Itaque quadratum hypotenusae aequale est quadratis ex BC et AB simul.

Cor. Ex hac observatione, quod nempe in triangulo rectangulo ABC semper sit AC−BC : BA = BA : AC+BC facile deduci possunt, quod Langius ad finem dissertationis Ietzii notat, regulae pro inveniendis numeris integris, quorum quadrata (numeri quadrati) ita comparata sint, ut duo simul aequalia sint tertio. Posito nempe $AC-BC=a$, $BA=b$, erit $a:b=b:\frac{b^2}{a}$, adeoque $AC+BC=\frac{b^2}{a}$, unde $(AC+BC)+(AC-BC)=2AC=a+\frac{b^2}{a}=\frac{a^2+b^2}{a}$, adeoque $AC=\frac{a^2+b^2}{2a}$, $(AC+BC)-(AC-BC)=2BC=\frac{b^2}{a}-a=\frac{b^2-a^2}{a}$, adeoque $BC=\frac{b^2-a^2}{2a}$. Tres igitur rectae AB, BC, AC, vel numeri iis analogi esse poterunt hi: b, $\frac{b^2-a^2}{2a}$, $\frac{b^2+a^2}{2a}$, dummodo duo ultimi sint numeri integri, vel, si omnes per $2a$ multiplicentur: $2ab$, b^2-a^2, b^2+a^2, qui cum sumtis a et b numeris integris quibuscunque omnes sint numeri integri, efficient, quod erat propositum. Hanc ipsam regulam supra ad I. 48. attulimus. Ex ea etiam derivari possunt reliquae duae, quae ad Pythagoram et Platonem referuntur. Nempe in regula a Pythagora *allata* numerus, qui hypotenusam exprimit, unitate semper excedit numerum alterius catheti. Quodsi itaque ponas $b^2+a^2-2ab=1$, erit $(b-a)^2=1$, adeoque etiam $b-a=1$, vel $b=a+1$. Iam, si hoc sumas, erunt tres numeri $2ab=2a^2+2a$; $b^2-a^2=2a+1$; $b^2+a^2=2a^2+2a+1$ eadem forma comprehensi, quae supra exhibita fuit. Pariter in regula a Platone data numerus, qui hypotenusam exprimit, binario semper excedit numerum alterius catheti. Quodsi ponas $b^2+a^2-(b^2-a^2)=2$, vel $2a^2=2$, adeoque $a^2=1$, et $a=1$, erit $2ab=2b$; et $b^2-a^2=b^2-1$. et $b^2+a^2=b^2+1$, quae ipsa est regula Platonis. Denique patet, quod Langius observat, multas alias speciales regulas hac generaliore contineri, v. c. si quis velit, ut numerus hypotenusae numerum alterius catheti quaternario superet, erit $b^2+a^2-2ab=4$, adeoque $b-a=2$, vel $b=a+2$, et numeri $2ab=2a^2+4a$; $b^2-a^2=4a+4$; $b^2+a^2=2a^2+4a+4$. Vel generalius; si ponatur $b^2+a^2-2ab=m^2$, adeoque $b-a=m$, vel $b=a+m$, erit $2ab=2a^2+2am$; $b^2-a^2=2am+m^2$; $b^2+a^2=2a^2+2am+m^2$: Conferri hic meretur Müller. system. Darstell. der wichtigst. bisher. Beweise des pythagor. Lehrsatzes, mit einer ausführlichen Theorie der Zahlen-Dreyecke: Nürnb. 1819.

EXCURSUS. III.

AD

ELEMENTORUM

I. 47. 48. II. 12. 13.

1) Prout in triangulo aliquo angulus aliquis rectus, aut obtusus, aut acutus fuerit, quadratum lateris huic angulo oppositi fore aequale, aut maius, aut minus, quam summa quadratorum duorum reliquorum laterum eiusdem trianguli, et vice versa vidimus ad I. 47. II. 12. 13. Pariter autem angulorum trianguli, laterumque ipsis oppositorum mutua aliqua relatio e sequentibus patebit, quibus praeterea nonnullae propositionum istarum adplicationes continentur. Brevitatis caussa ad initium statim monemus, omnia, quae in hoc excursu sequuntur, ad nr. usque 23. desumta esse e Pfleidereri Schol. saepius citatis 220—245.

2) Si recta a vertice trianguli ad punctum, quo basis bifariam secatur, ducta aequalis est semissi basis, angulus ad verticem est rectus, quod facile deducitur e I. 32. contra angulus ad verticem obtusus vel acutus erit, prout recta ab eo ad punctum, quo basis bisecatur, ducta semisse basis est minor aut maior, quod consequitur ex I. 18. I. 32. I. 13.

3) Et vice versa, si angulus ad verticem trianguli rectus est, recta ab eo ad punctum ducta, quo bifariam secatur basis, aequalis est semissi basis; si ille angulus obtusus fuerit, haec recta minor erit semisse basis; denique, si ille angulus acutus fuerit, haec recta maior erit semisse basis, quod apagogice facile demonstratur.

4) Quae e vertice trianguli aequicruri ad punctum, quo bifariam secatur basis, ducitur recta, ad angulos rectos basi insistit (I. 8. vel Obs. ad I. 10.). Quae autem a trianguli non aequicruri vertice ad punctum bisectionis basis agitur recta, oblique in basin incidit, ita ut angulum obtusum cum ea efficiat ad partes cruris maioris, acutum ad partem cruris minoris (I. 25. I. 13.).

5) In triangulo igitur non aequicruro, cuius anguli ad basin ambo sunt acuti, perpendiculum ab vertice in basin demissum hanc in inaequalia secat, sic, ut maius segmentum adiaceat cruri maiori, minus minori (nr. 4. et Cor. I. 17.). Idem etiam consequitur ex I. 47.

6) In quocunque triangulo non aequicruro differentia quadratorum crurum aequalis est duplo rectangulo sub basi et sub eius segmento duobus intercepto punctis, quorum uno bifariam secatur basis, altero in ipsam incidit perpendiculum ex vertice trianguli super eam demissum.

Sint (Figg. 177. 178. 179.) triangula non aequicrura, nominatim sit $AC > AB$, sintque eorum bases bifariam sectae in puncto G.

a) Si (Fig. 177.) rectus est angulus B, qui cruri maiori opponitur: est $ACq = ABq + BCq$ (I. 47.) $= ABq + 2GB \times BC$ (II. 2. Cor. 1.).

b) Si (Fig. 178.) angulus ABC est obtusus, et AD perpendicularis ad BC: est $ACq = ABq + BCq + 2BD \times BC$ (II. 12.) $= ABq + 2GB \times BC + 2BD \times BC$ (II. 2. Cor. 1.) $= ABq + 2GD \times BC$ (II. 1.).

c) Si (Fig. 179.) angulus ABC est acutus, et AD perpendicularis ad BC: est $ACq + 2DB \times BC = ABq + BCq$ (II. 13.) $= ABq + 2GB \times BC$ (II. 2. Cor. 1. $= ABq + 2GD \times BC + 2DB \times BC$ (II. 1.), itaque $ACq = ABq + 2GD \times BC$. Proinde in triangulo rectangulo $ACq - ABq = 2GB \times BC$, in triangulis obliquangulis $ACq - ABq = 2GD \times BC$.

Aliter ita: cum angulus C, qui lateri $AB < AC$ opponitur, acutus sit (I. 28. I. 17.), generatim (Obs. 1. ad II. 13.) est $ACq + BCq = ABq + 2BC \times CD$, seu (II. 2. Cor. 1. et II. 1.)

$AC\,q + 2BC \times CG = AB\,q + 2BC \times CD$, igitur $AC\,q = AB\,q + 2BC \times GD$, et $AC\,q - AB\,q = 2BC \times GD$. Huc redeunt demonstrationes Whistoni p. 61. sq. Gilberti p. 295.

7) Duobus casibus posterioribus nr. praeced. sunt

$AC\,q = CD\,q + AD\,q$; $AB\,q = BD\,q + AD\,q$,

unde $AC\,q - AB\,q = CD\,q - BD\,q$. Porro sunt

$CD\,q - BD\,q = (CD + BD) \times (CD - BD)$ (II. 6. Cor. 10.),

et casu anguli obtusi $CD + BD = 2GD$, $CD - BD = BC$, casu autem anguli acuti $CD + BD = BC$, $CD - BD = 2GD$. Quare utroque casu $CD\,q - BD\,q = 2BC \times GD$. Utrumque assertum $AC\,q - AB\,q = CD\,q - BD\,q = 2BC \times GD$ complectuntur, et posterius ex priore alterutro modo hic indicato inferunt Pappi Lemma 2. vel 1. in Apollonii Locor. Plan. L. II. (Collect. Math. fol. 232. b. sq.), Apollonius von Pergen ebene Oerter p. 13. sq. 27. sq. 208. sq. ac Gilbert. die Geometrie nach le Gendre, Simpson u. s. w. I. Th. Halle 1798. p. 304. sq.). Lemma Pappi de triangulo universim enunciatur. Schema ei adiunctum non nisi casum anguli acuti exhibet, demonstratio tamen aeque ad casum anguli obtusi pertinet. Ac II. Prop. 1. Apollonii, quae posteriore huius lemmatis parte nititur, eam non solum ad hos casus, sed etiam ad casum anguli recti extensam requirit.

8) Cuiusvis trianguli quadrata duorum crurum simul dupla sunt quadratorum dimidiae basis ac rectae ab vertice trianguli ductae ad punctum, quo basis bifariam secatur.

Triangulorum ABC (Fig. 177—180.) bases BC bifariam in puncto G secentur, et ab verticibus A ad puncta G ducantur rectae AG.

a) Cum in triangulo aequicruro (Fig. 180.) recta AG sit basi perpendicularis (Obs. ad I. 10.), ideoque sit $AC\,q = AB\,q = GC\,q + AG\,q = GB\,q + AG\,q$ (I. 47.) est $AC\,q + AB\,q = 2(GB\,q + AG\,q)$.

Sint, ut (Fig. 177—179.) triangulorum ABC crura inaequalia, nempe $AC > AB$. Cum in his recta AG oblique in basin BC incidat (nr. 4.): sit α) ipsum crus minus AB basi BC perpendiculare: tum $AC\,q = AG\,q + GC\,q + 2CG \times GB$ (nr.

4. et II. 12.) $=AG\,q+GB\,q+2GB\,q$, ob $CG=GB$ (constr.); itaque $AC\,q+AB\,q=AG\,q+AB\,q+GB\,q+2GB\,q=2AG\,q+2GB\,q$, ob $AB\,q+GB\,q=AG\,q$ (I. 47.). Aliter ita: $AC\,q=AB\,q+BC\,q$ (I. 47.) $=AB\,q+4GB\,q$ (Constr. et II. 4. Cor. 2.), quare $AC\,q+AB\,q=2AB\,q+4GB\,q=2(AB\,q+GB\,q)+2GB\,q=2AG\,q+2GB\,q$ (I. 47.). β) Si etiam crus minus AB basi BC oblique insistat, ex vertice A demittatur in basin BC perpendiculum AD, quod ad partes anguli acuti AGB cadet (nr. 4.). Tunc cum angulus AGC sit obtusus, AGB acutus, sunt $AC\,q=AG\,q+CG\,q+2CG\times GD$ (II. 12.) $=AG\,q+GB\,q+2GB\times GD$, ob $CG=GB$ (Constr.) at $AB\,q=AG\,q+GB\,q-2GB\times GD$ (II. 13. et Obs. 1. ad II. 13.). Quare $AC\,q+AB\,q=2(AG\,q+GB\,q)$.

Aliter ita: $AC\,q=AD\,q+CD\,q$ (I. 47.)

$AB\,q=AD\,q+BD\,q$;

igitur $AC\,q+AB\,q=2AD\,q+CD\,q+BD\,q$

$=2AD\,q+2GD\,q+2GB\,q$ (II. 9. aut II. 10.)

$=2AG\,q+2GB\,q$ (I. 47.).

9) Propositionem nr. praeced. traditam exhibent Pappi lemma 4. vel 6. in Apollonii Locor. Planor. Lib. II. Collect. Mathem. fol. 234. b. sq.; Apollonius von Pergen ebene Oert. p. 15. 29. 254. sq.; Serenus de Coni sectione Prop. 16. p. 46. sq.; Clavius Euclid. Elem. Francof. 1607. p. 298. sq.; Gregorius a St. Vincentio p. 28. sq.; Franc. a Schooten. Exercitat. Mathem. libr. V. Lugd. Bat. 1657. Prop. Geom. Prop. 18. p. 62. sq.; Viviani de locis solidis libr. III. Prop. 6. p. 34. sq.; Whiston. p. 62.; Playfair. p. 65. sq.; van Swinden. p. 78.; Gilbert. p. 307. sq.; Thom. Simpson. Elem. of Geom. Lond. 1800. p. 37. Et Simpson quidem facile adhuc inde et ex I. 34. Cor. 1. deducit sequens theorema: si e puncto aliquo intra rectangulum ducantur rectae ad quatuor eius angulos, summa quadratorum duarum rectarum ad duos oppositos angulos ductarum aequalis est summae quadratorum duarum reliquarum rectarum. Idem theorema van Swinden. Anfangsgr. der Meßk. Iena 1797. p. 74. ex I. 47. et I. 34. deducit. Pappus ac Whiston. casum

nr. b. β. solum, hic priori, ille posteriori methodo demonstratum sistunt, propositum autem generatim enunciant, quod et supponit Apollonii libr. II. Prop. 5., cui apud Pappum illud inservit. Clavius ac Franç. a Schooten. omnes recensent ac demonstrant casus: ille casum nr. b. α. modo posteriori, hic priori; alterum nr. b. β. uterque modo posteriori. Gregorius casu nr. a. omisso casum nr. b. α. adstruit methodo priori: et casum nr. b. β. in duos dividit, quorum priorem, ubi nempe triangulum est rectangulum, pariter modo priori, alterum posteriori stabilit. Serenus, Viviani, Gilbert. hic exposito, illi strictim indicato et ad I. 47. remisso casu nr. a. duos casus nr. b. una demonstratione complectuntur; Viviani quidem ac Gilbert. priori modo iuxta Obs. 1. ad II. 13., cui hic et alteram casus nr. b. β. demonstrationem subiungit, Serenus autem sequenti methodo simili priori nr. b. β. Cum ob AC$>$AB (supp.) sit (Fig. 181—183.) angulus AGC obtusus, AGB acutus (nr. 4.): ad huius partes cadit perpendiculum BF ex puncto B in rectam AG demissum, quicunque sint anguli ABC, BAG; et perpendiculum CK ex puncto C in eandem AG demissum in ipsam ultra AG productam incidit ad partes anguli CGK deinceps positi obtuso AGC (I. 17. Cor. 5.); atque ob GC$=$GB (Constr.) et angulos K$=$BFG (Constr.), CGK$=$BGF (I. 15.), est GK$=$GF (I. 26.). Proinde AC q $=$AG q$+$GC q$+$2AG$\times$GK (II. 12.) $=$AG q$+$GB q$+$2AG$\times$GF. AB q$=$AG q$+$GB q$-$2AG$\times$GF (Obs. 4. ad II. 13.), et AC q$+$AB q$=$2(AG q$+$GB q). Textui Sereni praeter figuras trianguli aequicruri et acutanguli adiuncta est tertia angulum ABC sistens obtusum: eo itaque saltim modo extensam supponens propositionem II. 13. qui Obs. 1. a. ad II. 13. indicatur: quod tamen ad propositum universim evincendum haud sufficit.

10) Casum propositionis praecedentis (Fig. 180.), quo AB$=$AC,

adeoque AC q$+$AB q seu 2AB q$=$2(AG q$+$GB q)

et AB q$=$AG q$+$GB q,

etiam expressit assertum: trianguli isoscelis quadratum cruris, aequari quadrato rectae ab vertice trianguli ductae ad punctum bisectionis basis et rectangulo sub segmentis basis, in quae puncto illo dividitur, simul. Quod assertum perstat, quodcunque basis punctum M loco puncti bisectionis G accipiatur. Etenim

$$AB\,q = AG\,q + GB\,q \quad (I.\ 47.)$$
$$= AG\,q + GM\,q + BM \times MC \quad (II.\ 5.)$$
$$= AM\,q + BM \times MC \quad (I.\ 47.).$$

Sed, si (Fig. 184.) punctum M sumitur in basi BC producta:

$$\text{fit } AB\,q = AG\,q + GB\,q \quad (I.\ 47.)$$
$$= AG\,q + GM\,q - BM \times MC \quad (II.\ 6.)$$
$$= AM\,q - BM \times MC \quad (I.\ 47.)$$
$$\text{seu } AB\,q + BM \times MC = AM\,q.$$

Trianguli igitur isoscelis quadratum cruris excedit quadratum rectae ab vertice trianguli ad punctum quodcunque ipsius basis ductae, rectangulo sub segmentis basis, quae punctum hoc dirimit: sed quadratum rectae ab vertice trianguli ad quodlibet basis continuatae punctum ductae excedit quadratum cruris, rectangulo sub rectis, quae pariter puncto illi et extremis basis interiacent.

Generatim differentia quadratorum cruris trianguli isoscelis, et rectae ab vertice eius ductae ad punctum quodcunque basis ipsius, vel productae, aequalis est rectangulo sub rectis, quae puncto illi et extremis basis interiacent.

Lemma hoc Rob. Simson. praemittit propositioni 76. datorum (p. 107 sq.). Priorem eius partem demonstrationi primae eiusdem propositionis apud ipsos 67., ex veteri Scholiaste subiungit Claud. Hardy. (p. 121. sq.); in nota annectit Dav. Gregorius (p. 503). Eandem propositionem tradit Gilbert. (p. 351. 357.) et Gruson. eam pro novo affert l. c. supra in I. 41. Cor. 4. §. 21.

11) Quodsi autem ab trianguli non aequicruri ABC vertice A ducitur AM recta (Fig. 185. 186.) ad punctum quodcunque M basis BC, ab puncto bisectionis eius G diversum; bifariam vero in L secatur AM, et iungitur GL recta: quadrata crurum trianguli simul excedunt quadratum rectae AM

et quadruplum quadratum rectae GL, duplo rectangulo sub segmentis BM et MC. Et si ad basis productae (Fig. 187. 188.) punctum quodcunque M ab vertice A recta AM agitur, pariterque in L bifariam secatur, ac recta GL iungitur: quadratum rectae AM et quadruplum rectae GL quadratum simul excedunt summam quadratorum crurum trianguli duplo sub BM et MC rectangulo. Nempe ducta AG recta, sunt

$$AC\,q + AB\,q = 2AG\,q + 2GB\,q \text{ (nr. 8.)}$$
$$= 2AG\,q + 2GM\,q + 2BM \times MC \text{ si M in ipsa basi situm est}$$
$$= 4AL\,q + 4GL\,q + 2BM \times MC \text{ (nr. 8.)}$$
$$= AM\,q + 4GL\,q + 2BM \times MC \text{ (II. 4. Cor. 2.)}$$
$$\text{vel } = 2AG\,q + 2GM\,q - 2BM \times MC \text{ si M in producta basi fuerit,}$$
$$= 4AL\,q + 4GL\,q - 2BM \times MC \text{ (nr. 8.)}$$
$$= AM\,q + 4GL\,q - 2MB \times MC \text{ (II. 4. Cor. 2.)}.$$

12) Eadem constructio applicatur ad triangulum aequicrurum (vid. Fig. 180. 184.). Tum vero, ob angulum AGM rectum (Obs. ad I. 10.) est GL=AL=ML (nr. 3.); 2GL=AM; 4GL q=AM q (II. 4. Cor. 2.). Unde ex praeced. si punctum M in ipsa basi fuerit,

$$\text{erit } AC\,q + AB\,q \text{ seu } 2AB\,q = 2AM\,q + 2MB \times MC$$
$$AB\,q = AM\,q + BM \times MC$$

si vero punctum M sit in basi producta, erit

$$AC\,q + AB\,q \text{ seu } 2AB\,q = 2AM\,q - 2BM \times MC$$
$$\text{et } AB\,q = AM\,q - BM \times MC$$

conformiter nr. 10.

13) Si in trianguli aequicruri alterutrum crus perpendicularis demittitur ex vertice oppositi anguli ad basin; rectangulum sub hoc crure et sub eius segmento, quod basi et perpendiculo interiacet, dimidium est quadrati basis (Pappi Theor. 1. subiunctum Prop. XXV. lib. V. Collect. mathem. fol. 89.)

Ob angulos ad basin BC trianguli aequicruri ABC (Fig. 189—191 acutos (I. 5. I. 32.) ad partes anguli C cadit perpendiculum BD in crus AC demissum ex vertice B anguli oppositi ad basin (I. 17. Cor. 5.): idemque cum altero crure BA coincidit (Fig. 189.), si trianguli ad verticem A angulus est rectus; intra triangulum in crus ipsum CA cadit (Fig. 190.), si angulus A est acutus; extra triangulum in productum crus CA incidit (Fig. 191.), si trianguli ad verticem angulus BAC est obtusus (I. 17. Cor. 5.).

Primo casu est $BCq = ABq + ACq$ (I. 47.) $= 2CAq$, ideoque

$$CAq = \tfrac{1}{2}BCq.$$

Secundo casu est $BCq + 2CA \times AD = ABq + ACq$ (II. 13.)

$$= 2CAq = 2CA \times AD + 2AC \times CD \text{ (II. 2.)}$$

igitur $BCq = 2AC \times CD$

et rectang. $AC \times CD = \tfrac{1}{2}BCq$.

Tertio casu est $BCq = ABq + ACq + 2CA \times AD$ (II. 12.)

$$= 2(ACq + CA \times AD) = 2AC \times CD \text{ (II. 3.)}, \text{ itaque}$$

rectang. $ACD = \tfrac{1}{2}BCq$.

Ita Pappus apud Commandinum. Succinctius et generatim ob angulum C acutum est omnibus casibus

$$ABq + 2AC \times CD = BCq + ACq \text{ (Obs. 1. ad II. 13.)}$$

et ob $AB = AC$, $2AC \times CD = BCq$

rectang. $AC \times CD = \tfrac{1}{2}BCq$.

14) Sit 1) ABCD parallelogrammum rectangulum (Fig. 192.), cuius iungantur diagonales AC, BD, erit

$$AZq = ABq + BCq \text{ (I. 47.)}$$

$$BDq = \left.\begin{matrix} ABq \\ CDq \end{matrix}\right\} + DAq$$

ideoque $ACq + BDq = ABq + BCq + CDq + DAq$

$$= 2(ABq + BCq).$$

Posterius immediate etiam inde consequitur, quod parallelogrammi rectanguli diagonales invicem sunt aequales (I. 34. Cor. 17.).

2) Sit (Fig. 193.) ABCD parallelogrammum obliquangulum, cuius igitur duo anguli, qui eidem lateri e. gr. AB adiacent, et qui (I. 29.) simul valent duos rectos, sunt unus DAB acutus, alter CBA obtusus. Ductis eius diagonalibus AC, BD (quarum prior, quae vertices angulorum acutorum parallelogrammi iungit, seu obtusis eius angulis opponitur,

altrea maior est (I. 34. Cor. 17.); in latus parallelogrammi quodlibet AB, si parallelogrammum est aequilaterum, et in laterum contiguorum maius AB, si parallelogrammum non est aequilaterum, ab extremis D, C lateris oppositi CD demittantur perpendicula DE, CF: quorum prius, ob angulum

DBA $\overset{=}{<}$ DAB (Supp. et I. 5. I. 18.) ideoque acutum (I. 17. Cor. 1.), pariterque (Supp.) acutum DAB intra triangulum ABD, alterum ob angulum CBA obtusum, extra triangulum ABC cadit (I. 17. Cor. 5.), ita ut sit BF=AE (I. 26.), ob BC=AD (I. 34.) atque angulos CBF=DAF (I. 29.) et F=AED rectos (Constr.).

Igitur $AC\,q = AB\,q + BC\,q + 2AB \times BF$ (II. 12.)

$BD\,q = AB\,q + AD^2 - 2AB \times AE$ (Obs. 1. a. ad II. 13.)

$= CD\,q + AD\,q - 2AB \times BF$ (I. 34. et Dem.)

atque $AC\,q + BD\,q = AB\,q + BC\,q + CD\,q + AD\,q = 2(AB\,q + BC\,q)$. Proinde in omni parallelogrammo quadrata diagonalium aequalia sunt quadratis laterum simul, seu dupla sunt quadratorum duorum laterum contiguorum.

Et eo, qui hic traditur, modo (simpliciter tamen pro BD q in subsidium vocata II. 13. nec indicata lateris AB, in quod perpendicula deducuntur determinatione, quae demum, ad quaecunque triangula iuxta Obs. 1. b. extensa propositione II. 13. superflua fit) propositum de parallelogrammis demonstrant Lagny (sur une proposition de géometrie élémentaire Mém. de l'Ac. des Sc. de Paris. Ann. 1707. Amst. p. 412. sq.) Baermannus p. 55.

15) Idem Gregorius a S. Vincentio p. 33.; Viviani de locis solidis L. III. p. 110. sq.; Gilbert. p. 313. inferunt ex propositione demonstrata nr. 8. Nempe cum diagonales parallelogrammi ABCD se mutuo bifariam secent (I. 34. Cor. 1.), sunt $AB\,q + BC\,q = 2GB\,q + 2GA\,q$

$CD\,q + DA\,q = 2GD\,q + 2GA\,q$ (nr. 8.)

$= 2GB\,q + 2GA\,q$.

Quare $AB\,q + BC\,q + CD\,q + DA\,q = 4GB\,q + 4GA\,q = BD\,q + AC\,q$ (II. 4. Cor. 2.).

16) Vicissim propositum de triangulis ex propositione nr. 14. de parallelogrammis demonstrata potest deduci. Trianguli enim cuiuscunque ABD (Fig. 192. 193.) basi BD bifariam in puncto G secta; tum ab trianguli vertice A ad punctum G ducta AG recta, eaque continuata, donec sit $GC = GA$, et ab extremis B, D basis ad punctum C ductis BC, DC rectis: ob $GB = GD$, $GA = GC$ (Constr.) et angulum $AGB = CGD$ (I. 15.); sunt (I. 4.) $AB = CD$, et angulus $CAB = ACD$, igitur rectae AB, CD parallelae (I. 27.), et aequales (Dem.). Proinde (I. 33.) quadrilaterum ABCD est parallelogrammum. Cf. I. 34. Cor. 8. Et hinc $2(AB\,q + AD\,q) = AC\,q + BD\,q$ (nr. 14.) $= 4AG\,q + 4GB\,q$ (Constr. et II. 4. Cor. 2.) ideoque $AB\,q + AD\,q = 2AG\,q + 2GB\,q$.

17) Cum parallelogrammi utraque diagonalis alteram secet bifariam (I. 34. Cor. 1.) et vicissim quadrilaterum, cuius ambae diagonales se mutuo bifariam secant, sit parallelogrammum (nr. 16. vel I. 34. Cor. 8.); sequitur: quadrilateri non parallelogrammi, seu trapezii ambas diagonales se mutuo bifariam non secare.

1. Bifariam in E secet (Fig. 194. 195.) trapezii ABCD diagonalis BD ipsa, vel producta, alteram AC; ipsa autem BD bifariam secta sit in puncto F. Erunt

$$\left.\begin{array}{l} AB\,q + BC\,q = 2AE\,q + 2BE\,q \\ CD\,q + DA\,q = 2AE\,q + 2DE\,q \end{array}\right\} \text{(nr. 8. sq. 15.)}$$

igitur $AB\,q + BC\,q + CD\,q + DA\,q = 4AE\,q + 2BE\,q + 2DE\,q$.

Sed $BE\,q + DE\,q$ $2DF\,q + 2EF\,q$ (II. 9. 10.).

Quare $AB\,q + BC\,q + CD\,q + DA\,q = 4AE\,q + 4DF\,q + 4EF\,q$

$= AC\,q + BD\,q + 4EF\,q$ (II. 4. Cor. 2.)

2. Neutra trapezii ABCD diagonalis (Fig. 196. 197.) ipsa, vel producta alteram secet bifariam; seu ab puncto, in quo diagonales AC, BD se mutuo secant, diversa sint puncta E, F, quibus bifariam secantur ipsae AC, BD; rectae igitur BE, DE triangulum constituant super diagonali BD, intra quod cadit EF recta. Tum rursus

$$\left.\begin{array}{l} AB\,q + BC\,q = 2AE\,q + BE\,q \\ CD\,q + DA\,q = 2AE\,q + 2DE\,q \end{array}\right\} \text{(nr. 8. sq. 15.)}.$$

Quare $AB\,q + BC\,q + CD\,q + DA\,q = 4AE\,q + 2(BE\,q + DE\,q)$.

Sed pariter $BE\,q + DE\,q = 2BF\,q + 2EF\,q$ (nr. 8. sq. 15.)

Etiamnunc itaque $AB\,q + BC\,q + CD\,q + DA\,q$

$$= 4AE\,q + 4BF\,q + 4EF\,q$$

$$= AC\,q + BD\,q + 4EF\,q \text{ (II. 4. Cor. 2.)}.$$

In quovis igitur trapezio, seu quadrilatero non parallelogrammo quadrata laterum simul aequalia sunt quadratis diagonalium et quadruplo quadrato rectae interceptae punctis, quibus diagonales bifariam secantur.

18) Theorema hoc, quod singularem proprietatem omnium quadrilaterorum notatu maxime dignam complecti iure praedicat, et nusquam adhuc neque prolatum, neque demonstratum esse profitetur Leonh. Eulerus in dissertatione inscripta: Variae demonstrationes geometricae, ac Novis Commem. Acad. Scient. Petrop. Tom. I. ad annum 1747, et 1748, (Petrop. 1750.) inserta, ipse (§. 25. sqq. p. 65, sqq.) ab parallelogrammorum proprietate nr. 14, sq. ostensa sic fere deducit: circa trapezii ABCD (Fig 198.) latera contigua AB et AD, BC et CD compleantur parallelogramma ABKD, BCDL, et praeter trapezii ac parallelogrammorum diagonales AC, BD, AK, CL, ducantur rectae AL, CK. Ita erunt anguli CDB $=$ DBL, KDB $=$ DBA (I. 29.). Quare (I. 4.) CK $=$ AL, et angulus CKD $=$ LAB. Sed et angulus DKA $=$ BAK (I. 29.). Igitur angulus CKA $=$ LAK, ideoque (I. 27.) CK, AL sunt parallelae. Quare, cum et aequales sint (Demonstr.) ALKC pariter est parallelogrammum (I. 33.). Igitur

$$\left.\begin{array}{l} 2(BC\,q + CD\,q) = BD\,q + CL\,q \\ CL\,q + AK\,q = 2(AC\,q + CK\,q) \end{array}\right\} \text{(nr. 14. sq.)}.$$

Unde $2(BC\,q + CD\,q) + AK\,q = BD\,q + 2(AC\,q + CK\,q)$.

Sed et $2(AB\,q + AD\,q) = BD\,q + AK\,q$ (nr. 14. sq.),

Ergo $2(AB\,q + AD\,q) + 2(BC\,q + CD\,q) = 2BD\,q + 2(AC\,q + CK\,q)$.

$$AB\,q + BC\,q + CD\,q + DA\,q = BD\,q + AC\,q + CK\,q$$

h. e. summa quadratorum laterum trapezii excedit summam quadratorum diagonalium eius quadrato rectae CK, qua trapezii ABCD et parallelogrammi ABKD tria puncta D, A, B communia habentium, puncta diversa C, K iunguntur, atque ut ait Eulerus (§. 26. p. 65.) discrimen trapezii a parallelogrammo exponitur.

Porro per punctum F, in quo parallelogrammi ABKD diagonales AK, BD se mutuo secant, idque bifariam (I. 34. Cor. 1.), per quod proinde etiam transit altera parallelogrammi BCDL diagonalis CL (I. 34. Cor. 1.) rectis AC, CK parallelae agantur FM, FE, itaque describitur parallelogrammum FMCE, cuius latera EC=FM, EF=CM (I. 34.). Cum, ob AF=FK (I. 34. Cor. 1.) et angulos FAE=KFM, AFE=FKM (I. 29.), etiam sint (I. 26.) AE=FM, EF=MK: erunt AE=EC (h. e. AC bifariam in E secabitur) et CM=MK=EF, adeoque CK=2EF CK q=4EF q (II. 4. Cor. 2.) et AB q +BC q+CD q+AD q=BD q+AC q+4EF q.

Eiusdem propositionis, ab Eulero sine subiuncta demonstratione cum ipso communicatae demonstrationem analytico trigonometricam eodem in T. Commentar. Petrop. p. 131. sq. dedit Kraftius. Demonstrationem Euleri etiam exponunt Wucherer. Einige geometr. Saetze. Progr. 1780. §. 30. ff. Kleine Schriften Carlsruhe 1799. S. 133. f. ac Gilbert. p. 314. sq.

19) In quadrilateris igitur summa quadratorum laterum vel adaequat (nempe in parallelogrammis nr. 14. sq.) vel excedit (nimirum in non parallelogrammis nr. 17. sq.) summam quadratorum diagonalium: nunquam ea est minor; seu nullum exhiberi potest quadrilaterum, in quo summa quadratorum laterum minor sit, quam summa quadratorum diagonalium (Euler. l. c. p. 65.).

20) In trapezio, cuius duo latera opposita sunt parallela, latera haec inaequalia sunt (Append. ad I. 34. nr. 3.) et neutra diagonalis alteram secat bifariam (Append. ad I. 34. nr. 5.). At, quae in trapezio, cuius duo latera parallela sunt, iisdem lateribus per punctum bisectionis unius diagonalis parallela agitur recta, bifariam quoque secat alteram diagonalem (Append. ad I. 34. nr. 6.); ipsaque recta, punctis, quibus

diagonales bifariam secantur, intercepta, est semidifferentia laterum parallelorum trapezii (Append ad I. 34. nr. 7.): unde consequitur, in trapezio, cuius latera sunt parallela, quadrata laterum simul aequalia esse quadratis diagonalium, et quadrato differentiae laterum parallelorum. Sint enim (Fig. 199.) in trapezio ABCD parallela latera AB, CD, et AB$>$CD. Bifariam in E secetur altera eius diagonalis AC et per punctum E agatur lateribus AB, CD parallela EF, diagonalem BD secans in puncto F, eritque $EF = \frac{AB-CD}{2}$ (Append. ad I. 34, nr. 7.), ideoque $2EF = AB - CD$, $4EF\,q = (AB-CD)\,q$ (II. 4. Cor. 2.): itaque (nr. 18, sq.) $AB\,q + BC\,q + CD\,q + DA\,q = AC\,q + BD\,q + (AB-CD)\,q$.

21) Ob $AB\,q + CD\,q = 2AB \times CD + (AB-CD)\,q$ (II. 7.)

porro fit $BC\,q + DA\,q + 2AB \times CD + (AB-CD)\,q$

$= AC\,q + BD\,q + (AB-CD)\,q$ (nr. 20.)

vel $BC\,q + DA\,q + 2AB \times CD = AC\,q + BD\,q$,

h. e. in trapezio, cuius duo latera sunt parallela, quadrata diagonalium simul aequalia sunt quadratis laterum nonparallelorum, et duplo sub lateribus parallelis rectangulo.

22) Trapezii ABCD (Fig. 200.) latera AB, CD sint parallela, atque altera duo AD, BC sint aequalia: et sit AB$>$CD. Per C ducta lateri AD parallela CN; sunt (I. 34.) $AN = CD$, $CN = AD = CB$. Itaque angulus $CBN = CNB$ (I. 5.) $= DAB$ (I. 29.). Et hinc ob $BC = AD$, $AB = AB$, est $AC = BD$ (I. 4.): et $2AC\,q = 2BC\,q + 2AB \times CD$ (nr. 21.) vel $AC\,q = BC\,q + AB \times CD$. Trapezii igitur, cuius duo latera sunt parallela, et altera duo aequalia, diagonales invicem sunt aequales, et cuiuslibet diagonalis quadratum aequale est rectangulo sub lateribus parallelis trapezii et quadrato unius laterum nonparallelorum simul. Caeterum ob triangulum BNC isosceles, et $AN = CD$ (Demonstr.) immediate etiam ex parte posteriori propositionis 10, consequitur, esse

$$AC\,q = BC\,q + 2CD \times AB.$$

23) Pariter propositum nr. 21. potest ad partem posteriorem nr. 11. reduci. In trapezio enim ABCD (Fig. 201.) cu-

ius latera AB, CD sunt parallela, et $AB > CD$, per punctum C ducta CN lateri AD parallela: fit ANCD parallelogrammum, cuius igitur latera $AN = CD$, $CN = AD$ (I. 34.), ac diagonales AC, DN se mutuo bifariam secant in L (I. 34. Cor. 1.). Per punctum L agatur alteri trapezii ABCD diagonali BD parallela LG, et per punctum G, ubi haec lateri AB occurrit, recta GI parallela rectae DN. Erunt (I. 34.) $GL = DI$, $GI = DL$. Quare ob $DL = NL$ (Dem.), etiam $GI = NL$. Praeterea sunt anguli $IGB = LNG$, $IBG = LGN$ (I. 29.), ideoque (I. 26.) $BG = GN$, $BI = GL$. Sed et $DI = GL$ (Dem.). Ergo $BD = 2GL$. Trianguli igitur BNC basin BN bifariam dividit punctum G: et ad basis huius BN productae punctum A ab trianguli vertice C ducta est AC recta, quae pariter bifariam dividitur puncto L: proinde est (nr. 11.) $AC\,q + 4GL\,q = BC\,q + CN\,q + 2NA \times AB$.

Sed et $2GL = BD$, $CN = DA$, $NA = CD$ (Dem.). Ergo

$$AC\,q + BD\,q = BC\,q + DA\,q + 2CD \times AB.$$

24) Quae nr. 17. 18. de trapeziis dicta sunt, possunt sequentem in modum ad figuras rectilineas plurium laterum adplicari. Sit v. c. (Fig. 202.) ABCDEFGH figura rectilinea octo lateribus comprehensa, in qua ducantur primo a quovis angulo figurae diagonales ad angulum qui secundus ab ipso est, nempe AC, BD, CE, DF etc. (has diagonales primi ordinis vocabimus); pariterque ducantur a quovis angulo figurae diagonales ad angulum, qui tertius ab ipso est, nempe AD, BE, CF, DG etc. (quas diagonales secundi ordinis vocabimus), et efficient singulae hae diagonales secundi ordinis cum ternis lateribus figurae propositae trapezia, quorum diagonales eaedem erunt, ac diagonales figurae, quas primi ordinis diximus. Quodsi igitur singulae hae diagonales primi ordinis bisecentur in punctis a, b, c, d etc. et iungantur ab, bc, cd, de etc.

erit ex nr. 17. 18. in trapezio ABCD

$$AB\,q + BC\,q + CD\,q + DA\,q = AC\,q + BD\,q + 4bc\,q$$

Pariter in trapezio BCDE erit

$$BC\,q + CD\,q + DE\,q + EB\,q = BD\,q + CE\,q + 4cd\,q$$

in trapezio CDEF

$$CD\,q + DE\,q + EF\,q + FC\,q = CE\,q + DF\,q + 4de\,q$$

in trapezio DEFG

$$DE\,q + EF\,q + FG\,q + GD\,q = DF\,q + EG\,q + 4ef\,q$$

in trapezio EFGH

$$EF\,q + FG\,q + GH\,q + HE\,q = EG\,q + FH\,q + 4fg\,q$$

in trapezio FGHA

$$FG\,q + GH\,q + HA\,q + AF\,q = FH\,q + GA\,q + 4gh\,q$$

in trapezio GHAB

$$GH\,q + HA\,q + AB\,q + BG\,q = GA\,q + HB\,q + 4ha\,q$$

denique in trapezio HABC

$$HA\,q + AB\,q + BC\,q + CH\,q = HB\,q + AC\,q + 4ab\,q$$

Quodsi itaque omnia in unam summam colligamus, erit

$$\begin{aligned}&3(AB\,q + BC\,q + CD\,q + DE\,q + EF\,q + FG\,q + GH\,q + HA\,q)\\ &+ AD\,q + BE\,q + CF\,q + DG\,q + EH\,q + FA\,q + GB\,q + HC\,q\\ =\ &2(AC\,q + BD\,q + CE\,q + DF\,q + EG\,q + FH\,q + GA\,q + HB\,q)\\ &+ 4(ab\,q + bc\,q + cd\,q + de\,q + ef\,q + fg\,q + gh\,q + ha\,q)\end{aligned}$$

i. e. erit triplex summa quadratorum laterum figurae, si ei addas summam quadratorum diagonalium secundi ordinis, aequalis duplici summae quadratorum diagonalium primi ordinis, si ei adiicias quadruplicem summam quadratorum earum rectarum, quae puncta proxima bisectionis diagonalium primi ordinis coniungunt. Et facile patet, etiam in figuris plurium laterum, quotcunque ea fuerint, eandem valere demonstrationem. Caeterum, quum diagonales secundi ordinis primum in Pentagonis locum habeant (in quibus ipsis tamen coincidunt cum diagonalibus primi ordinis) etiam hoc propositum, saltim si verba sensu proprio ac solito sumantur, incipiendo tantum a Pentagonis valebit, sensu tamen improprio illud etiam ad ipsa trapezia, quin ad triangula adeo adplicare possis, dum nempe in illis pro diagonalibus secundi ordinis ipsa trapezii ABCD latera sumas, diagonales primi ordinis autem *quatuor* nempe AC, BD, CA, DB in computum ducas, pariterque rectas, quae earum bisectionis puncta iungunt (quarum proprie una tantum est) quatuor (unam nempe quater repetitam a prima diagonali ad secundam, a secunda ad tertiam, a tertia ad quartam., et a quarta denuo ad primam) numeres; in triangulis autem diagonales secundi ordinis nullae sunt, diagonales primi ordinis autem cum lateribus trianguli coincidunt.

25) Quodsi polygonum sit regulare v. c. octogonum regulare (Fig. 203.), erunt non tantum omnia latera polygoni inter se aequalia, verum etiam omnes diagonales primi ordinis, ut facile ex I. 4. patet, pariterque omnes diagonales secundi ordinis, et omnes rectae, quae duo proxima puncta bisectionis diagonalium primi ordinis coniungunt. Quare tum in omnibus polygonis $3AB\,q + AD\,q = 2AC\,q + 4ab\,q$.

26) Hoc casu, si nempe polygonum sit regulare, AD, diagonalis secundi ordinis aequalis est $AB+2ab$ nempe lateri polygoni et duplo rectae, quae duo proxima puncta bisectionis diagonalium primi ordinis coniungit. Quum enim (I. 4.) triangula ABH, BAC, CBD etc. sint aequalia, et nominatim sit $HB=AC=BD$ etc. et $ABH=CBD=CDB$ etc. erit triang. $HAC=HBC$ (I. 8.) et nominatim $AHC=BCH$. Quum vero etiam $HAB=ABC$ (Hyp.) erit $AHC+HAB=BCH+ABC$, adeoque, quum omnes anguli quadrilateri $ABHC$ sint quatuor rectis aequales (I. 32. Cor. 12.) erunt $AHC+HAB$ aequales duobus rectis, adeoque AB et HC parallelae (I. 29.): eodemque modo ostenditur, esse BC, AD parallelas. Et, quum in trapezio $ABCD$ recta bc bisecet (Hyp.) utramque diagonalem AC, BD, erit $bc=\frac{AD-BC}{2}$ (nr. 7. Append. ad I. 34.), vel $2bc=AD-BC$, vel $AD=BC+2bc=AB+2ab$.

27) Quum nr. 25. sit $3AB\,q+AD\,q=2.AC\,q+4ab\,q$, et $AD=AB+2ab$ adeoque $AD\,q=AB\,q+4AB.ab+4ab\,q$ (II. 4.) erit $4AB\,q+4AB.ab+4ab\,q=2AC\,q+4ab\,q$, vel $4AB\,q+4AB\times ab=2AC\,q$, vel $2AB\,q+2AB\times ab=AC\,q$ vel $AB\,q+2AB\times ab=AC\,q-AB\,q$, vel $AB\times(AB+2ab)=AC\,q-AB\,q$, vel $AB\times AD=AC\,q-AB\,q$. In polygono regulari quocunque igitur rectangulum contentum inter latus polygoni et diagonalem secundi ordinis aequale erit excessui, quo quadratum diagonalis primi ordinis superat quadratum lateris polygoni.

Caeterum ea, quae nr. 25—27. de polygono regulari diximus, etiam in quovis trapezio $ABCD$ locum habent, cuius tria latera AB, BC, CD aequalia sunt, et quod etiam diagonales AC, BD aequales habet. In eo quippe semper AD, BC parallelae erunt (I. 29.), quum in triangulis aequalibus (I. 8.) ABC, BCD, anguli ABC, BCD, pariterque in triangulis aequalibus (I. 8.) BAD, CDA anguli BAD, CDA sint aequales, adeoque $ABC + BAD = BCD + CDA = 2$ rectis (I. 32. Cor. 12.). Unde ex nr. 22. erit $3AB\text{q} + AD\text{q} = 2AC\text{q} + (AD - BC)\text{q}$, vel (nr. 7. Append. ad I. 34.) $3AB\text{q} + AD\text{q} = 2AC\text{q} + 4ab\text{q}$, unde consequitur, ut supra, esse $AB \times AD = AC\text{q} - AB\text{q}$.

28) Quae nr. 24. de relatione mutua quadratorum laterum figurae alicuius, et quadratorum diagonalium primi et secundi ordinis dicta sunt, porro in poligonis, quorum numerus laterum maior est, generalius adhuc exprimi possunt, in computum vocatis etiam quadratis diagonalium tertii, quarti et aliorum superiorum ordinum. Et, si quis tentare, et loco trapeziorum $ABCD$, $BCDE$ etc. (Fig. 202.) iam pentagona $ABCDE$, $BCDEF$ etc. considerare, et ad haec dicta nr. 24. adplicare velit, facile regulam generalem analogam ei, quam nr. 24. habuimus, satis simplicem locum habere, deprehendet. Nos tamen haec talia, quamvis haud infructuosa esse videantur, quum elementorum fines excedere fere videantur, aut certe, ne nimis longi simus, consulto praetermittimus.

EXCURSUS IV.

AD

ELEMENTORUM

III. 16.

Diximus ad III. 16. tertiam eius partem in textu graeco affirmare, angulum semicirculi (i. e. ut volunt, angulum, quem circumferentia circuli cum diametro efficiat) maiorem esse quovis angulo acuto rectilineo; angulum contra, quem circumferentia cum recta, diametro in puncto eius extremo ad angulos rectos ducta efficiat (quem angulum contingentiae vel contactus vocant) minorem esse quovis angulo acuto rectilineo.

Iam super hac tertia Prop. III. 16. [illegible] magnae apud nonnullos Euclidis interpretes lites ortae sunt, quarum brevem commemorationem, quamvis non admodum magni momenti esse videantur, noluimus tamen hoc loco praetermittere. Et constat, praecipuos huius disceptationis coryphaeos Peletatium fuisse ac Clavium, quorum ille quidem primus in editis ab ipso Euclidis Elementis monuit, angulum illum contactus quem vocant, re vera non esse angulum, nec omnino quantitatem. Namque ita saltim geometriam sibi ipsi constare, et multa paradoxa, et sibi ipsis repugnantia, quae e contraria opinione nascerentur, declinari posse putavit. Paradoxa autem illa, quorum partem iam Campanus, Cardanus, aliique observaverant, erant fere eiusmodi:

1) Euclidem docere X. 1.: si a maiore duarum magnitudinum auferatur maius quam dimidium, et a residuo ma-

ius quam dimidium, et id semper fiat, relinqui tandem magnitudinem, quae minor sit minore duarum, quae primo exhibitae erant, magnitudinum. Atqui, si is, quem circumferentiam cum contingente efficere dicant, angulum, vere pro angulo habere velis, isque ex propositione hac III. 16. minor sit quovis angulo acuto rectilineo, consequens esse, angulum acutum rectilineum, quamvis ei semper plus quam dimidium detrahas, partem tamen relinquere angulo illo contactus maiorem, quod cum X. Prop. 1. conciliari nequeat. Idem fere aliter, ut Cardanus habeat (libro de subtilitate), ita exprimi posse: aliquam quantitatem (angulum contactus) posse continue, atque adeo infinite augeri, alteram autem (angulum aliquem acutum) infinite minui, et tamen augmentum illius, quantumcunque sit, minus semper fore huius decremento.

2) Si angulus circumferentiae (quem circumferentia cum diametro efficiat) maior sit quovis angulo acuto rectilineo, posse transiri a minori (angulo acuto) ad maius (angulum rectum), vel contra per omnia media, neque tamen transiri per aequale (nempe per angulum aequalem angulo semicirculi), quod Campanus moneat. His aliisque difficultatibus se expedire se posse putat Peletarius, si asserat, angulum illum, quem dicunt, contactus, vera non esse angulum, nec omnino quantitatem; rectam, quae circulum contingat, in puncto contactus potius cum circumferentia coincidere, non ad eam inclinari, quod ipsum tamen ad naturam anguli pertineat, qui in *sectione* consistat, non in *contactu*; angulum autem semicirculi omnino rectum esse, vel recto rectilineo aequalem; circulos autem se contingentes, sive extra, sive intra id fiat, angulum non efficere.

Clavius autem se paradoxa illa, quae e Cardano et Campano afferantur, nec negare nec reformidare testatur, eam vero, quam inter III. Prop. 16. et X. 1. intercedere dicat Peletarius discrepantiam, aut contradictionem potius neminem anxium reddere debere, non enim veram esse illam discrepantiam, Euclidem quippe X. Prop. 1. de quantitatibus tantum *homogeneis* loqui, angulos autem rectilineos non eiusdem generis esse ac angulum contactus, quamvis etiam hic veri nominis quantitas sit, quod inde pateat, quod et ipse non quidem per lineam rectam, at per arcus maioris circuli in infinitum dividi possit.

Caeterum Euclidem, si angulum contactus nihilum prorsus, et angulum semicirculi angulo recto aequalem esse putasset, non tantopere desudaturum fuisse ut demonstraret, angulum contactus esse minorem quovis angulo acuto rectilineo, angulum vero semicirculi maiorem.

Haec praecipua fere erant, de quibus Peletarum inter ac Clavium, edita etiam a Peletario Apologia, cui iterum respondit Clavius, variis hinc inde argumentis disputabantur. Quamvis autem postea plerique summi geometrae quoad partem potissimam in Peletarii sententiam abierint, cum quo hodie etiam tantum non omnes faciunt, ut nempe angulum illum contactus non esse veri nominis angulum affirment, negari tamen nequit, post Peletarium demum rem omnem a viris sagacissimis perfecte expositam ac dilucidatam fuisse. Et Vieta quidem (Varior. cap. XIII.) primus fuisse videtur, qui tertiam illam partem propositionis III. 16. spuriam, et a Proclo aliove additam iudicaret, et Peletarii sententiam firmioribus rationibus stabiliret, quas postea adoriri tentavit Ioannes Camillus Gloriosus Neapolitanus (Dec. II. Exercitat. Mathem.). Galilaeus contra in epistola ad Gloriosum missa (Dec. III. Exercitat. Mathem.) dubia Gloriosi refellere sategit, eique adstipulatur etiam Vincentius Viviani. Cf. Carlieri Elementi Piani e Solidi d'Euclide Firenze 1769. P. I. p. 148. Galilaeus maxime angulum illum contactus, quem dicunt, et a circumferentia circuli rectaque contingente effici volunt, non esse veri nominis angulum, quin ne quantitatem quidem, ita potissimum ostendere studet, ut circuli circumferentiam comparet cum perimetro figurae regularis illi inscriptae. Rectam *AB* (Fig. 281.), quae ad latus *CD* alicuius polygoni ita applicetur, ut illud non secet, sed cum eo coincidat, nullum certe cum hoc latere angulum efficere ait, quem demum constituat cum latere proxime sequente *DE*, eandem autem esse rationem circumferentiae circuli comparatae cum recta eum contingente, quae lateris *CD* cum recta *AB*; angulo hic non locum esse. Et, quod alii obiiciant, posse tamen locum inter circumferentiam circuli rectaeque illum contingentis per arcus maioris circuli in infinitum dividi, nihil ad rem facere. Idem enim obtinere circa perimetros similium poligonorum (Fig. 282.) his circulis inscriptorum *BIOS* ... *BCDF* . . . quorum latera *BI*, *BC* coincidant, adeoque cum recta *AE* circulos in *B* contingente unum eundemque angulum *IBE*, vel *CBE* efficiant. Nempe in his quoque perimetrum polygoni maioris locum quidem inter contingentem *BE* et perimetrum polygoni minoris interceptum pertransire ac dividere, ipsum autem angulum *IBE* non secare aut dividere. Iam si cogitare velis polygonum laterum numero infinitorum maiori circulo inscriptum, ita ut angulus *CBE* infinite parvus evadat, semper tamen minori circulo polygonum totidem laterum ac in priore polygono sunt, inscriptum cogitari posse, quod habiturum sit angulum *IBE* aequalem angulo *CBE*, nunquam itaque talem angulum dividi a recta *CB*, quodsi autem dividi non possit, non esse quantitatem, si quantitas non sit, non esse veri nominis angulum, sed aequivoce ita dictum. Viviani praeterea illud maxime urget, ex ipsa Euclidis anguli plani definitione (*I.* 18. *Def.*), *qua dicat, angulum planum esse* duarum linearum in plano se tangentium, et *non in directum iacentium* mutuam inclinationem, satis apparere, illi sermonem *tantum esse de angulis*, qui a lineis rectis efficiantur: in his solis enim evenire posse, ut una alteri in directum iaceat, quoad angulos igitur, quos Proclus L. II. ad Def. 8. aliique *curvilineos* aut *mixtilineos* vel *corniformes*, aut quos alios effingant, prorsus superfluam futuram fuisse Euclidis illam determinationem. Accedere, quod nullibi ille ex professo, ut dicunt, theorema aliquod aut problema de angulis istiusmodi proponat, unde cum Vieta (Oper. Mathem. p. 386.) suspicari licere, fuisse eorum mentionem in libro tertio factam ab alio quodam adsutam. Ab eodem forte etiam mutatam fuisse (I. Def. 8.), quae primum ita habuerit: angulus est mutua inclinatio duarum rectarum in eodem plano positarum, quae quum in eodem puncto sibi occurrant, non tamen in directum iacent. Si quis vero haec neget, et (I. Def. 8.) Euclideam esse affirmet, circumferentiam tamen circuli, cuius diversae partes aliam aliamque versus rectam contingentem inclinationem habeant, non dici posse certum aliquem angulum cum ea efficere, atque ex his pariter ac ex allatis a Galilaeo rationibus consequi, angulum illum contactus, quem dicant, non esse veri nominis angulum aut quantitatem. Idem fere, quamvis e rationibus paullo diversis dilucide explicatum sistit (nempe diverticulum illud contingentiae, ut vocat, non esse angulum, et circulum efficere cum tangente non unicam sed infinitas inclinationes) Borellius in Euclide restituto. Aliter paullo, at, ut mihi videtur, minus feliciter rem aggressus erat Tacquet., qui affirmat, nullum angulum esse quantitatem, sed modum tantum quantitatis. Esse enim angulum linearum inclinationem, inclinationem autem non magis esse quantitatem ac curvitatem aut inflexionem et fractionem. Atque ita ille omnes scopulos evitare posse putat, quod (X. 1.), quae de quantitatibus tantum agat, non applicari possit ad non-quantitates. At nescio, an non in alios graviores incidat, dum aequalitatem adeo aut inaequalitatem angulis abiudicandum esse, nec nisi sensu improprio pro similitudine ac dissimilitudine de iis praedicari censet.

Caeterum eadem fere ac Tacqueti opinio fuisse videtur Gregorii a St. Vincentio, qui in opere suo, Geometr. Quadraturae circuli p. 871. angulos tam rectilineos, quam curvos et mixtos ad quantitatem tantum *spectare*, nec ipsos *esse* quantitatem dixit, sed tantum aliquid ad quantitatem pertinens. Nisi enim hoc sumatur, putat, necessario consequi, omnes angulos contactus a maioribus, minoribusque circulis factos esse aequales, adeoque totum esse aequale parti. Hanc Gregorii opinionem contra Vincentii Leotaud., qui in cyclometria ab ipso edita cum Clavio fere in hac re consentiebat, obiectiones defendere studuit Aynscom. Expositio ac dilucidatio Geometr. Quadrat. Circuli Gregorii a St. Vincent. 1656.

Longe autem copiosissime, et perspicue pariter ac subtiliter in causa hac versatus est Wallisius, in cuius Oper. Mathem. Tom. II. 1693. p. 605—664. peculiaris est tractatus de angulo contactus et semicirculi editus ante iam 1656., cum nova, quae 1685. ei accesserat, defensione prelo iam repetitus. Is nempe ante omnia monet, ex Euclidis definitione I. 8. *angulum planum esse mutuam κλίσιν seu inclinationem duarum rectarum in plano se tangentium, et non in directum positarum* rem diiudicandam esse. Quamvis igitur non requiratur, ut lineae (quod Peletarius voluerat) productae se invicem *secent*, id certe requiri, ut lineae, quae angulum constituunt, mutuo erga se *inclinentur*. Ideo, si quae lineae concurrant, nec tamen inclinentur, quod ipsum fiat, quum circumferentia a recta aliqua contingatur, eas nullum inter se angulum constituere. Angulum praeterea iudicari non nisi ex ea linearum concurrentium inclinatione, quam sortiantur in ipso concursus puncto. Denique verba: (μὴ) ἐπ' εὐθείας κειμένων aliter, ac vulgo sumuntur, explicare studet. Putat nempe, ea significare non lineas tantummodo rectas continuatas, sive duo segmenta contigua eiusdem rectae (sic enim continuatam peripheriam in singulis sui punctis angulum formare dicendam fuisse, quod tamen nec Euclides nec alius quisquam affirmet), sed per *lineas in directum positas* eas intelligi, quae se mutuo continuare dici possint, ut exinde una linea fiat. Et quamvis admodum dubitemus, an haec ultima verborum ἐπ' εὐθείας κειμένων explicatio, quam caeterum iam Clavius ad I. Def. 8. proposuerat, probari, et cum usu loquendi conciliari possit, caetera tamen pleraque, quae Wallisius habet, ita comparata sunt, ut facile omnium assensum extorquere debeant. Nempe angulum, quem contactus vocant, cum Peletario nullum esse statuit, quod recta circulum contingens ad circumferentiam in contactus puncto non inclinetur, sed super ipsam ἀκλινῶς iaceat, vel cum ipsa coincidat, angulum autem semicirculi rectum esse affirmat, et simul Clavio ad ea, quae Peletario opposuerat, et postea Leotaudo quoque respondet. Omnia huc referre longum fuerit. Summa huc fere redit. Verum quidem esse, nonnisi magnitudines eiusdem generis inter se comparari posse, at angulos curvilineos et mixtilineos (ubi nempe pro directione curvae in puncto contactus semper sumitur recta curvam in hoc puncto contingens) tam inter se, quam cum rectilineis eiusdem generis esse, quod variis modis, maxime quod unus multiplicatus alterum superare possit, demonstrari queat. Itaque necesse esse e rationibus a Peletario allatis angulum contactus pro nullo, angulum autem semicirculi pro angulo recto habere. Multa praeterea ingeniose excogitata ad stabiliendam suam sententiam adiicit. Et sane post ea, quae Peletarius, Galilaei, Viviani. et Wallisius, quibus nostra aetate praecipue adhuc accesserunt Karsten. in libro inscripto: Mathem. Abhandl. Halle 1786., ubi p. 396—422. de hac re fusius disputat, et se prorsus cum Wallisio consentire fatetur, et Gilbert; die Geometrie nach le Gendre p. 122. sqq. ad rem diiudicandam contulere, nihil prorsus superesse videtur, de quo ulla rationis ambigi possit. Res omnino eo fere redit. Curvae quaecunque, quum earum partes aliae alio diriguntur, non dici possunt *integrae* certam aliquam directionem, vel constantem erga aliam lineam, nominatim erga rectam aliquam, inclinationem habere. Proprie loquendo igitur non sermo esse potest de angulo, quem curva aliqua integra cum alia curva, aut cum linea recta efficiat, sed tantum de angulo, quem elementa eius in puncto contactus cum illis factura essent, siquidem eam, quam ibi habent, directionem ulterius prosequi possent. At haec elementorum curvae directio, ut ipsum directionis vocabulum indicat, coincidit cum directione rectae curvam in hoc puncto contingentis i. e. cum ipsa hac recta contingente. Curva igitur, vel potius curvae elementum in ipso contactus puncto cum recta contingente, cum qua in hoc puncto coincidit, nullum angulum efficit, cum ea autem recta, quae ad rectam contingentem perpendicularis est, curva, aut potius curvae elementum contactus puncto proximum etiam ipsum angulum rectum efficere dicendum erit, siquidem angulum appellare velis inclinationem *elementi infinite parvi* ad rectam contingenti perpendicularem. Itaque pars tertia III. Prop. 16., ut in Elementis legitur, nihil prorsus continet, quod non etiam in parte secunda contineatur, et poterat illa, sive ab Euclide sit, sive, quod multi, nominatim Rob. Simson. putant, ab alio quodam addita fuerit, egregie omitti, quod etiam factum videmus tum ab antiquioribus, tum a recentioribus nonnullis, nominatim a Giordano da Bitonto, Borellio, Cottsio, Playfairo, Roberto Simson. et nobis fortasse excusatione opus fuerit, quod rei, quae simulac rite evoluta fuerit, nihil difficultatis habere potest, tam diu immorati simus: noluimus tamen hanc causam intactam relinquere, vel, quod ad historiam geometriae pertinere videbatur, vel quod, ut monet Karstenius (mathem. Abhandl. p. 108. sqq.) subinde adhuc sunt, qui in sublimioribus quoque Matheseos partibus doctrina de angulo contactus male intellecta abutuntur ad falsas suas de infinite parvi natura notiones tuendas ac fulciendas.

BONNAE,
EX OFFICINA BÜSCHLERIANA
APUD ANTONIUM HACKERUM.